

*del Regio de la Cong. de S. de Granada*  
DBE

CAPILVORVM  
CARMINA



*del Colegio de la Prop. de S. de Granada*

*DBE*

CAPILVORVM

CARMINA



1184800

## VINCENTIO GONZAGÆ


D V C I · M A N T V A E



I O S E P H V S · C A S I O · S · P · D



**I**ANTA est Vincenti Dux Serenissime  
 in summa potentia humanitas, & faci-  
 litas tua erga ingenuarum artium stu-  
 diosos, vt ex ijs nemo sit, qui te hoc  
 nomine non am- suspiciat, admiretur.  
 Equidem ab- um Principem ge-  
 reres, per- ssime resalu-  
 tatus, ac bene sperare iullus, quid- semper vi-  
 di, quid possem soluere non item. Quare iam diu, mul-  
 tumque cogitanti, quo saltem argumento meam in re pie-  
 tatem declararem, Capiluporum Carmina in manus vene-  
 runt. Ea quidem Iulius Capilupus vir ingeniosus partim suo-  
 rum memoria gratia collegerat, partim ipse composuerat,  
 ac Cellitudini tuæ scripto in id Centone destinauerat. Ve-  
 rum is alijs occupationibus distentus, & aduersa valetudine  
 impeditus mihi sui studiosissimo editionem delegavit. In-  
 speratam occasionem auide arripui, eos secutus, qui a re fa-  
 miliari imparati aliunde mutuo sumunt, vt quisque volunt,  
 quoquo modo satisfiat. Huc accedit quod liber & laudes  
 tuas, ac tuorum luculenter complectitur, & ab ijs conscri-  
 ptus



plus est, quorum e familia supra hominum prope memo-  
 riam semper aliquis exstitit, cuius opera, fide, atque indu-  
 stria maiores tui in rebus grauisimis vsi sunt familiariter.  
 Hanc igitur festiuam tuorum poetarum copiam Celsitudini  
 tuae Dux Serenissime iure optimo dedicandam esse & ipse  
 censui. Cui enim potius Mantuani poetae, quam Mantuae  
 Duci debentur? Et ei praesertim Duci, qui summis ingenijs  
 res amplissimas quotidie praebet, verisq. laudibus ad virtu-  
 tem vehementius incitatur, atque ijs hominibus delectatur,  
 vnde prudentiae eleuata percepit, quae nunc ad populos  
 optime regendos felicissime depromit. Nam qua fieri alia  
 ratione potuisset, vt Mantuanos in ipso iuuentutis flore qua-  
 si per manus a patre traditos in ditionem susciperes, susce-  
 ptos benignitate recreares, legibus corrigeres, moribus or-  
 nares, componeres, gratos redderes, nisi ad sapientiam, mo-  
 derationem, iustitiam virtutem per haec studia peruenisses.  
 Itaque te etiam in rogo. vt quando tanta in poe-  
 tarum lectione tua virtutis inelle intelligis, Capilupos  
 tuos, poetas no uiles, quos ad Celsitudinem tuam grati ani-  
 mi monumentum mitto, hilari fronte accipias, & me, quem  
 semel in fidem recepisti, constanter retineas, deque hoc mu-  
 nere ames. Vale. Romae 11j. Idus Maias.

A D S E R E N I S S I M V M  
 V I N C E N T I V M G O N Z A G A M  
 M A N T V A E D U C E M .

¶  
 I V L I I C A P I L V P I C E N T O E X V I R G I L I O .

- Ec.6. **C** A R M I N A quae vates & Phoebæ digna locuti, A.6.
- A.8. Flos veterum virtusq. virum, quos optima mater A.11.
- A.10. Una eadem partu sub luminis edidit oras A.7.
- A.3. Accipe nunc, o fama ingens ingentior armis, A.11.
- A.10. Fatidica Mantus Itala virtute propago: A.12.
- A.6. Felix prole virum, quo non felicior alter, A.9.
- A.1. Quem primi colimus, meritosq. nouamus honores A.8.
- G.4. Seruantem ripas, ingens ubi flexibus errat  
Mincius aurato taurinus cornua vultu. G.4.
- A.10. Facta Patrum fama totum vulgata per orbem A.11.
- Ec.4. Iam legere, & quae sit poteris cognoscere virtus
- G.4. Magnanimum heroum, non inferiora secutus: A.6.  
Iustitia ne prius mirer, belli ne laborum?
- Ec.4. Tu decus omne tuis, pariter pietate, vel armis A.6.  
Egregius, forma insignis, viridiq. iuuenta: A.5.
- Ec.10. Omnia V I N C E N T I sonuerunt omnia plausu A.5.
- G.4. Te veniente, quibus caelo te laudibus aequem? A.11.
- Ec.4. Teq. adeo decus hoc cui te munere donat A.5.
- A.3. Quaecumq. in folijs descripsit carmina I V L V S, A.2.
- A.3. Accipe & haec manu tibi quae monumenta mearum

- G. 1. *Ni refugis, tennesq. piget cognoscere curas,*  
 A. 5. *Tutetur fauor, & propius res adspice nostras;* A. 1.  
 A. 6. *Ne turbata volent rapidis ludibria ventis*  
 Ec. 4. *Te Duce: si qua manet patria pietatis imago,* A. 10.  
 A. 4. *Et bene apud memores veteris stat gratia facti,*  
 A. 2. *Respice nos hoc tantum, & si pietate meremur*  
 A. 8. *Tum primum nostri stirpem & genus omne futurū* A. 4.  
 A. 5. *Nomen & arma locum seruent, carosq. nepotes.* A. 6.  
 A. 2. *At me tum studys florentem ignobilis oti* G. 4.  
 A. 5. *Sublimem pedibus rapiat Iouis ALES in aethra;* A. 12.  
 A. 5. *Vnde genus ducis tot iam labentibus annis;* A. 2.  
 Ec. 2. *Hac eadem (si parua licet componere magnis)* G. 4.  
 G. 4. *Hinc pecudes armēta viros. genus omne LVPORVM,* A. 7.  
 A. 6. *Remigij alarum, cui belli insigne superbum,* A. 8.  
 A. 6. *Noctes atque dies ingenti protegat umbra.* G. 2.  
 A. 4. *Adsis o, placidusq. iuues; quas dicere grates* A. 11.  
*Quas ve referre parem? sed si non possumus omnes,* Ec. 7.  
 A. 3. *Hoc sat erit nostriq. huius meminisse minores;* A. 1.  
 Ec. 1. *Namq. (fatebor enim) grates persoluerē dignas* A. 1.  
*Non opis est nostrae: sed te super omnia dona* A. 9.  
 A. 9. *Te superesse velim; maneat pars ultima vite* Ec. 4.  
 A. 2. *Longa tibi; pulchra faciat te prole parentem* A. 1.  
 A. 10. *Omnipotens genitor; tantarum in munere laudum* A. 1.  
 A. 1. *In fructa dum fluuij current, dum pallida surget* G. 1.  
*Tithoni croceum linquens Aurora cubile,*  
 A. 9. *Nulla dies unquam memori vos eximet aeo.*

CAPL-

## CAPILVPORVM NOMINA.

ET OPERA.

### HIPPOLYTI.

Epigrammata.  
 Oda.  
 Elegia.  
 Epitola.  
 Endecasyllabi.  
 Iambi.

### L A E L I I.

Centones ex Virgilio.  
 Epigrammata.

### C A M I L L I.

Epigrammata.  
 Oda.

### A L P H O N S I.

Epigrammata.

### I V L I I.

Epigrammata.  
 Oda.  
 Elegia.  
 Ecloga.  
 Centones ex Virgilio.

INDEX  
EORVM OMNIUM

AD QVOS CARMINA  
MISSA SUNT.



<b>A</b> GNETIS martyris laus	260	ma effossum	181
<b>A</b> NDREAE Restiu- uo, Cento ex Virgi- lio	378	In effigiem Francisci Gonzaga Marchionis Mantuae	175
<b>A</b> NTONIO Ianotto Episcopo Foroliuensi	98	Ad Infubres	200
<b>B</b> ARBARAE virg. & mart. Sere- nissimi Gulielmi Mantuae Du- cis nomine	13	Gallus	206
<b>B</b> ASILIO Zancho	88	In feminas impudicas	214
<b>B</b> ENEDICTO Aegio Cento	189	De aetate aurea ac ferrea	231
<b>B</b> ERNARDINO Tilelio	104	Ad Deum oratio	334
<b>B</b> ERNARDO Tasso	18	In obitu Card. Farnesij	352, 355
<b>C</b> AMILLO Capilupio Camilli fratris filio	91	ex Tibullo	356
<b>C</b> AMILLO & Prospero Capilupi Epistola Iulij Roscij, in qua praescribitur modus confi- ciendi Centones	389	Responsio Centoni incerti aucto- ris	360
<b>C</b> APILYPI laudati		De Bello Galliae	364. & 370
A Benedicto Aegio	189	De Bombarda	374
Ab Antonio Posluino	155	De laudibus vrbis Venetae	380
A Iulio Roscio Hortino	155.	De fabrica & usu ad Horologio- rum descriptionem, &c.	381
256. 381		<b>C</b> HRISTOPHORI Madrucij Card. Cento ex Virg.	192. 200
<b>C</b> AROLO Regi Galliae	69. 70	<b>C</b> LAVDIAE Ragoniae	123. 285
<b>C</b> INTONES arij ex Virgilio.		<b>C</b> LEMENTI VII. Pont. Max.	248
Ad virtutem	156	<b>C</b> ONDISALVO Peren	92
Ad Principes Christianos	160	<b>C</b> ORNELIO Card.	82
In Flomeri marmorci caput Ro-		<b>C</b> OSMO Medici Florentij magno Duci	43
		Cento ex Virgil. ad eundem	177
		<b>C</b> VRTIO Gonzaga	73. 74
		<b>E</b> CLOGAE	
		Algeus	271
		Melibeus & Tityrus ex Virgilij car.	

I N D E X

carminibus	326	Ad Iuuenes	159
<b>E</b> PICRAMMATA varia		De Neera	135. 280
In ebrium	60. 61. 62	De Lyco & Phyllide	139
In Accoltum	63	In Diem festum	142
In turbam quae in Pium IV. con- iurauerat	64	De Pedagogo	147
In aquam virginem	64. 65	In fontem Capiluporum in cam- po Martio	150. 151
In Cupidinem	72	In fontem qui est Romae non lon- ge à ponte Aelio	152
AD Venerem Cypriam	74	In fontem qui est in aedibus Capi- luporum	150. 151. 152. 256
Ad Rodanum fontem	75	De Roma aquis obruta.	248. 249
De Dracone, qui erat insigne Gre- gorij XIII.	77. 78	De Clasisibus Christianorum	264
In Inuidum	79	In Thyrsim	168
In Mordacem	79	De Amoris sagittis	269
In Turcas	80	De Martia	269
Ad Ligures	80	De Marta & Antonio	270
De Centone Iulij Capilupi in fontem Iulij III. Pont. Max.	81	Ad Corneliam	271
De fonte eiusdem	81	Ad Deliam	276.
In Eridanum	83	277. 285. 286.	
In fontem Card. Madrutij	83	De Diana	282
In Istrum flumen	84	In Nemesim	283
Ad Amorem	84	De Cyparisso & Galatea	284
Ad Romam	93	De Lucilla	284
Vita senis	96. 97	De Vacca Capiluporum	287
Amorem auro flecti	125	De Cane Feragatta Capiluporum	288
In Galatea	125. 128. 129.	De futuris nuptijs inter Sere- nissimum Principem Mant. & Leo- noram Magni Ducis Etruriae filiam	288
130. 136. 137. 138. 143.		Ad Romam de Leonis effugie, qui est insigne Sixti V. Pöt. M.	289
144. 284.		In fontem viae Latæ	291
Ad Pholoem	126. 128. 250.	<b>E</b> PISTOLA amico	45
252. 282		Ad Romam	48
In Tityrum	126	<b>E</b> PITAPHIA varia.	
In Ceram puellam	126	Pauli Manutij	50. 51
In Cupidinem ex graeco	127	Petri Bembi Card.	51. 52. 250
In Hippolytem	127	Christophori Columbi, qui nouū orbem inuenit	52. 53
Ad Lunam	127	Caroli V. Imperatoris	54. 55
De Phyllide	129. 249	Hen-	
De Cynthia	130. 276		
Aegles dictum	130		
De Lalage	131		
De vere verum ex Italico	132		
De Lycoride ex Italico	133		

I N D E X

Henrici Gallia Regi	56	HIERONYMO de Ruere Card.	
Ferrandi Gonzaga	56	Cento ex Virg.	303
Hippolytæ Gonzagæ Ferrandi		HIPPOLYTO Card. Eftési	179
filia	57	HIPPOLYTO Coltæ pictori	154
Lalij Capilupi	57	HORATIO Tigrino de Marijs	
ex Virg.	157	Cento ex Virg.	336
Herculis Gonzagæ Cardinalis fa-		IACOBO Boncompagno	112
cri Concilij Legati	58	INNOCENTVM martyrum	
Filiae Maximiliani Imp.	58	laus	10. 11. 12. 259
Lycoris	59	IOANNI Austriaco	66. 67. 68.
Iulij Cæsaris	59	69. 266	
Sileni	59. 60	IOANNI Iacobo Calandræ Cen-	
Ioannis Austriaci	69	to ex Virg.	350
Pauperis Senis	287	IOANNI Marico	21. 95
Orestis Vannocij Senensis	289.	IOANNI Frâcisco Pasqualino	100
&	290	IOSEPHO Castalioni Cento ex	
Alexandri Card. Farnesij	352.	Virg.	326
355. 356. 357		IULIO Antonio Sanctorio Card.	
FEDERICO Card. Mâturæ agro-		Cento ex Virg.	334
ranti	4	IULIO Capilupi Cento ex Virg.	
FEDERICO Pendasio	102	358	
FELICI Vrsinæ Columnæ	145	IULIO Feltrio Vrbinati Card.	40
FERDINANDO Medici Card.		IULIO Roscio Cento ex Virg.	
ac Magno Duci Etruriæ Cen-		310. 385	
to ex Virg.	330	IULIO III. Pont. Max.	84
FRANCISCO Gonzagæ Ferran-		Ad eundem	162
di filio, qui postea creatus est		De eiusdem villa Cento ex Virg.	
Card.	31	183. 188	
FRANCISCO Mariæ & Marchio-		De Coronatione Cento ex Virg.	
nibus Montis Card. Cento ex		247	
Virg.	340	LAELIO Arrigonio	106. 124. 267.
FRANCISCO Zannio	265	271	
GREGORIO Capiluto Cento		LAELIO Pasqualino	75
ex Virg.	346	LAELIO Coltæ Genuensi	290
GREGORIO XIII. Pont. Max.		LAURENTII martyris laus	13
78. 116		LAURENTIO Gambaræ	61.
HENRICO II. Regi Gallia	202	72. 73	
HERCVLI Gonzagæ Card.	26	LOLLIO	15
Legato sacro Concilij	57	MARCELLO Vestrîo Barbiano	
Eiusdem Epitaphium	58	Secretario Apost.	362. 369
HERCVLI & Ferrando Gonza-		MARCO Antonio	62
gis fratribus	255	MARGARITAE Paleologiæ	151

Ma.

I N D E X

MARIÆ Virginis laudes	1. 2.	creato	173
3. 4. 5. 6		ROCCO Cataneo	97
Eiusdem dolor	14. 15. 257. 258.	SANCTI Omnes laudantur	14
259. 260. 263. 264		Ad Deum oratio	251
Ad eandem Centones	263.	In Altare Romæ erectum	287
370. 384		Cento ex Virg. ad Deum	364
MARIÆ Magdalena laus.	9	SCIPIONI Gonzagæ qui po-	
ODAE		stea creatus est Card.	89
Ad Apollinem	23	Eisdem Cento ex Virg.	388
De pace	29	SIXTO V. Pont. Max. Cento ex	
Ad Deum	251	Virg.	298. 344.
Ad Noctem	253	STEPHANI Protomartyris	
PASQUAE Card.	76	laus	12
PAVLI Apostoli laus	14	THOMAE Auali Marchionis Pi-	
PAVLO Manutio	110	sariae filio, Ceto ex Virg.	313
PAVLO III. Pont. Max. Cento		Eiusdem laudes	326
ex Virg.	161	TORQUATO Tasso	292
PAVLO IV. Pont. Max. Cento		VESPASIANO Gonzagæ Sabio-	
198		nete Duci	82. 148
198		VINCENTIO Gonzagæ Mantua-	
107		Duci	70. 122
88		Ad eundem Centones	318. 347
146		VINCENTIO Iustiniano Car-	
34		dinali	76
266		ZAMAE & Faustiano Sanctis	
RAINVTIO Farnesio Card.		Bononiae Episcopis	262. 263

F I N I S.



IVLII ROSCII HORTINI.

**R**OMA suum Vatem gremio complexa tepenti  
Hippolytum, lugens talia dicta dedit:  
Te J. abus Capilupe tuis mea culmina septem:  
Te Vaticani tectis superba sonent:  
Vt quoniam merito es rosei fraudatus horti  
Muriolis ipse tuus sit tibi cantus honor



HIPPOLYTI

CAPILVPI

CARMINA.



AD MARIAM

VIRGINEM.



*U*RGO simul es Mater lux maxima  
Mundi,

*Q*ua summo celi vertice leta sedes;

*U*icta meis tandem lacrymis. huc lumi-  
na flecte,

*S*plendidus puro quæ mihi sole nitent:

*A*dspice ut infans iam iam miser obruar vndis,

*N*i tua det faciles aura beata vias:

*A*ffer opem precor, ò, nostra spes certa salutis,

*I*psa salus hominum est e gremio orta tuo.

A

AD

HIPPOLYTI  
AD EANDEM.

**E** celebrent alij diuino carmine, & alta  
 Et pario statuant marmore templatibi;  
 Dent aurum & gemmas alij, quas India mittit,  
 Et quas e rubro litore nauta uehit:  
 Ipse tibi de visceribus non cruta terra,  
 Lecta nec e pelago diuite dona fero:  
 Dona fero ex oculis, lacrymas prece supplice mistas,  
 Immistasq; preces supplicibus lacrymis:  
 Hac tibi cara precor sint Virgo munera, ut auri  
 Pondera, & in templis carmina fixa tuis.

AD EANDEM.

**Virgo** Regina poli genitrixq; Parentis  
 Qui mare, qui terras, qui supera alta tenet:  
 Aspice me tandem, quem Circo docta fefellit,  
 Et labyrinthei quem latuere doli:  
 Heu miser obscuris iam pridem flexibus erro,  
 Nec valeo rectas te sine inire vias:  
 Da dextram & lucem rationis luce carenti,  
 Quod superest peragam te duce letus iter.

AD EANDEM.

**Virgo** cali Regina tuo das oscula nato,  
 Sidera de terris qui premit alta pede:  
 Dumq;

Dumq; ille amplexus teneris tua colla lacertis,  
 Lac sibi virgineis haurit ab uberibus:  
 Tu Petri fessa regalem pete candida Cymba,  
 Quam spumosa nigri verberat vnda maris:  
 Præbebit matri faciles tibi filius aures:  
 Ecce tuo letus pendet ab ore Puer.

AD EANDEM.

**T** leuis in niuem vellus fluit imber ab æthra,  
 Sic in te cali venit ab arce Deus:  
 Et te prole sua fecit sine labe parentem,  
 Et dedit æterna virginitate frui:  
 O felix Virgo, tot honoribus aucta beatas,  
 Accumula tanti me quoque parte boni:  
 Te largam decet esse mihi, tua numina adoro,  
 Et Deus immensas dat tibi largus opes.

AD EANDEM.

**Virgo** ros vere rosam penetrat fulgentibus aëstris,  
 Tum rosa (gemma velut) rore refert a nitet:  
 Sic postquam Deus ipse tuam delapsus in altum est,  
 Sole magis, vera luce repleta micat:  
 Hinc tu virginibus præstas candore beatas;  
 Et merito matrum te pia turba colit:  
 Hinc potis es, Virgo post partum sola vocari,  
 Solaq; virgineo mater honore frui.

A 2

AD

HIPPOLYTI  
AD EANDEM.

 *Vm purum radijs vitrum sol intrat acutis,*  
*Fert decori illius purpureo ore decus:*  
*Sic Deus omnipotens in tecum venit ab alto,*  
*Addidit omne tibi luce nitente iubar:*  
*O Virgo & Genitrix diuino numine plena,*  
*Prome salutifero dona beata sinu:*  
*Atque manu larga totum disperge per orbem*  
*Pars aliqua vt Roma decidat in gremium.*

AD EANDEM.

 *Tella Magis hodie se se offert solis abortu,*  
*Et nitida monstrat luce salutis iter:*  
*Hac duce caelesti puero tria mystica portant*  
*Munera, qui stabulis dum iacet astra regit:*  
*Tu quoque semper cas mihi prauia candida virgo,*  
*Dum Regum Regi debita dona fero;*  
*Non grauis incedo myrrha, non thure, nec auro,*  
*Sunt mea dona preces, & lacryma, & gemitus.*

AD EANDEM.

PRO FEDERICO CARD. MANTVÆ  
EGROTANTE.

 *Rbs tibi quã vitreis circumdat Mincius undis*  
*Pro luene ò virgo plurima vota facit:*  
*Pro*

CAPILVPE.

*Pro luene, ad summam qui dum contendit honores*  
*Virtutis semper tramite currit iter;*  
*Cui non ambitio, non splendor diuitis auri,*  
*Cui non perstrinxit lumina mentis, amor,*  
*Quo magis ex animo nullus tua numina adorat,*  
*Cum spargit sanctos thuris odore focos;*  
*Sancta veni triplici stellarum incincta corona,*  
*Sancta veni sacris hinc comitata choris:*  
*Et reuoca diro Federicum a limine mortis,*  
*Cui iam iam seuas inijcit illa manus.*  
*Ipsa potes, quodcumque rogas, tibi rector Olympi*  
*Annuit, ille tibi filius, ille pater:*  
*Multa tuo in templo suspendet Mantua dona,*  
*Et referet laudes multa tabella tuas.*

AD EANDEM.

 *VIRGO decus eternum, & lux aurea cali,*  
*Qua penitus nostro corde reposta vides;*  
*Scis me non vnquam versus tinxisse veneno,*  
*Nec scriptis homines, nec violasse Deum:*  
*Sed superum laudes semper dixisse, virumque,*  
*Semper & in primis concinuisse tuas:*  
*Sape meis tua mota modis iam turbine victum,*  
*Me tulit in portus aura secunda sinum:*  
*Nunc quoque fer requiem diuino flamine menti;*  
*Qua rapido huc illuc fluctuat acta Noto;*  
*Quaq.*

Quaeq. latent fraudes, veluti sub gurgite cautes,  
 Detege, ut effugiam saeva pericla maris:  
 Te tandem decet insidias aperire latentes,  
 Ne virtus ponat colla subacta dolis.  
 Carmina quae scripsi nosti, & quacumque locutus,  
 Fac precor haec sancto sint manifesta Pio;  
 Nubila quae portant inuisa nigra tenebras  
 Discute, & optatam candida redde diem:  
 Munere pro tanto referet mea rursus honores  
 In foribus templi fixa tabellatuos.

## AD EANDEM.

 IVA, seu celo spatiaris alto,  
 Virginum sanctio comitata cœtu,  
 Sive qui totum regit vnus Orbem  
 Carmine tollis,  
 Huc ades, dum te canimus; sacrasq;  
 Supplices donis veneramur aras;  
 Non tuas possum sine te referre  
 Candida laudes;  
 Tu sedens stellis folio corusco,  
 Et Dei aeterni radijs decora  
 Enites longe, superasq; pulchram  
 Lampade Lunam,  
 Pura sit quamuis, mediaq; nocte  
 Cornibus plenis agitet choreas

Siderum

Siderum princeps, niteatq; fratris  
 Æmula solis:  
 Nec tibi Aurora aureolis capillis  
 Certet, aut vultu rutilante, nobis  
 Cum diem reddit roseis quadrigis  
 Vecta per auras;  
 Namq; tu nostra tenebris fugatis  
 Mente, nos lustras patrio nitore;  
 Nosq; diuino pietate victa  
 Nectare pascis;  
 Nec chori tecum superum canora  
 Voce contendant, numerisue certent:  
 Tu sacrum inspiras animis amorem  
 Carmina cantans;  
 Audeat nemo tibi comparari;  
 Te Pater summus genuit beatam,  
 Et tibi donat proprios habere  
 Largus honores;  
 En tuam e celo veniens in aluum  
 Ros ut in florem leuis ententem,  
 Te sua (mirum) facit esse dia  
 Prole Parentem;  
 Tu tamen Virgo es, licet ipsa nato  
 Aucta caelesti genitrix voceris,  
 Quem Deus tangit, magis ille puro  
 Sole reuidet;

Candor

Candor illeſus tuus eſt ut antè,  
 E tuo ſlos uirginei pudoris  
 Pectore effulget, uelut e nitente  
 Lilia vitro:  
 Plura quid dicam? tibi Rex Olympi  
 Tradidit magni Imperij coronam,  
 Teq; gemmantem nitidis ſmaragdis  
 Spectat eſt audit:  
 Ergo preſenti Italiam periculo,  
 Nam potes, noſtras miſerata clades,  
 Subtrahere, Hinc Hoſtis ruit hinc ſuperbus  
 Spicula uibrat:  
 Ecce per fluctus maris Adriani  
 Claſſe decurrit uelut Eurus audax,  
 Aruaq; incendit, poſitas eſt urbes  
 Litore noſtro:  
 Quaſq; ueloci ſluit Iſter unda  
 Alteram claſſem atque equitum cateruas  
 Ducit armatas celeri ſagitta, eſt  
 Fortibus auſis.  
 Maximi  
 Iulianus  
 ij. Imp. Caesar hunc contra impavidus potensq;  
 'Dextera, Reges uocat, atque amicos,  
 Cogit eſt turmas peditum, ſtruitq;  
 Agmina equorum;  
 Sed magis fidens tibi quam paratis  
 Copijs, hoſtes animoſus audet

Aggredi,

Aggredi, eſt partum duce te triumphum  
 Iam ſibi fingit;  
 Inſitum quamuis Aquila uolucrum  
 In fugam cœtus dare roſtro eſt ungue,  
 Non tamen ſperat ſine te fugare  
 Poſſe Tyrannum.  
 Affer huic Virgo auxilium benigno  
 Lumine, eſt uictis Orientis oris  
 Effice, ut Paſtor Pius unus unum  
 Curet ouile.

Pius V.

AD SANCTAM MARIAM  
 MAGDALENAM.



IVA tuo qua rore genas aſperſa refulges,  
 Ut roſa caeſti rore decora nitet;  
 Sanctos ante pedes, largo quos imbre ri-  
 gaſti,  
 Gutta quoq; (heu) noſtro grandis ab ore cadit:  
 Ex oculis mea dona Deus ne reſpuat, unam  
 Adde meis quaſo lacrymulam lacrymis:  
 Non me deſpiciet, ſi mecum flebis: amara  
 Non Petri lacryma plus meruere tuis.



B

AD

## AD INNOCENTES MARTYRES.

**I**NNOCENTES pueri, vos licet e sinu  
 Materno eripiat gens fera, & impio  
 Vos sternat gladio, dente velut lupi  
 Raptas e stabulis oves;  
 Vestro vestra tamen pectora sanguine  
 Perfusa innocuo, clarius emittent,  
 Quàm Luna nitida cornua, cum vagi  
 Solis lumina colligunt.  
 Adiunctos numero calicolum suis  
 Vos lustrat radijs, qui regit omnia;  
 Et vobis solida munere gloria  
 Donat pro nocce perfrui.  
 Felices anima, vos iubar additis  
 Signis aethereis, & superùm choris;  
 Sic gemma pateris dant decus aureis,  
 Fulgentijs, rosa vitro.  
 Ad vos, ò pueri, confugio senex,  
 Ut victus precè vestra omnipotens Pater  
 Aeterno accipiat in gremio, nigras  
 Cum mors injiciet manus.  
 Quamquam purpureis edere adhuc labris  
 Nescitis teneri mente latentia,  
 E caelo tacitas ille tamen preces  
 Vestras auribus hauriet.

Mistus

Mistus lacte cruor, quo rutilat solum,  
 E vestris roseis dum fluit oribus,  
 Se se tollet humo, vox veluti leuis,  
 Et summum feriet polum.  
 Pro Christi imperio & nomine qui sua  
 Supponunt rigidis colla securibus  
 Extincti veniam sanguine supplici  
 Nobis à Domino impetrant.  
 Vos ergo ante Dei suppliciter pedes  
 Abscisi validis membra bipennibus,  
 Mecum corde preces fundite: paruulis  
 Nam magnus Deus annuit.  
 Pro tantis meritis vos ego carmine  
 Nunc dicam patrio, nunc Latio canam,  
 Cum terras rutila Sol retegat face;  
 Cum nox in tenebris silet.

## AD SANCTOS INNOCENTES.

**I**NNOCENTES pueri, dum vestrum pectore verso  
 Interitum, haud lacryma nostra per ora fluunt:  
 Sed vos suspicio decoratos sanguine vestro  
 Ducere felices per supera alta choros;  
 Sic arcana Dei tacitus mecum ipse reuoluo,  
 Aurea qui miris dona dat usque modis:  
 En vos, quos matrum è gremio rapit impia turba,  
 Et iugulat teneros, excipit ille sinu;

B 2

Prebet

*Præbet & immitti vitam pro morte beatam,  
Vestra suis pascens lumina luminibus.*

## AD EOSDEM.

**I**nfantes teneri, non vos fera iussa Tyranni  
Perdere, non saua vos potuere manus:  
Nam delapsa polo puerorum turba per auras  
Exceptit sancto vos veneranda sinu,  
Et mox sublimes pennis super athera vexit:  
Sic pueri pueros eripuerunt neci.

## AD EOSDEM.

**M**os licet, o pueri, sternat gens effera ferro  
Ut lupus imbelles dentibus acer oves;  
Vestra tamen calo fulgent proprio ora cruore,  
Vda velut pratis lilia rore nitent:  
Felices anima, lucem vos additis astris;  
Non secus atque auro splendida gemma decus.

## IN SANCTVM STEPHANVM.

**A**ncte pater, qui te cecidit felicior umquam?  
Quem magis in terris auxit honore Deus?  
Iste tibi largus (dictu mirabile) aperta  
Ante obitum cali claustra videre dedit;  
Teq; sicut mox excipiens ad sidera vexit,  
Et primum athereos iussit inire choros:

O te

*O te felicem, tuus alma vescitur aura  
Spiritus, haud saxi obrutus interijt.*

## IN SANCTAM BARBARAM

Virginem, &amp; Martyrem.

SERENISSIMI GVLIELMI  
MANTVÆ DVCIS NOMINE.

**B**ARBARA, qua frueris calo tibi  
sanguine parto,  
Et qua virgineo flore decorantes,  
Accipe quod tota templum tibi men-  
te dicavi,  
Quasq; tibi fundo supplice ab ore

preces;

Et caput aternis cum mors adoperta tenebris  
Attigerit tacito limina nostra pede:  
Huc ades, & tecum tenues me tolle per auras,  
Meq; Dei sancto candida siste sinu.

## IN SANCTVM LAVRENTIVM.

**V**M mentem atque oculos LAVRENTIVS  
athera in altum  
Tollit, & heu flammis membra cre-  
mantur, ait,  
Quid me flamma voras? sine sensu pasceres artus,  
Jam pridem aterni me Patris ussit amor.

A D

## AD OMNES SANCTOS.

**F**ELICES anima, quas cali in tecta recepit,  
 Qui terram imperio solus & astra regit:  
 Vestra mihi lux monstret iter: mens anxia curis  
 Fluctuat, & portum fessa subire nequit;  
 Vos, ego curarum tantis ereptus ab undis,  
 Carmine, & assiduo thuris honore colam.

## IN SANCTVM PAVLVM.

**P**AVLE Pater, doceas iter, et supera alta recludas,  
 Est tibi fas nobis sacra aperire Dei:  
 Ille licet lucem ingenti tibi ademerit omnem  
 Lampade, quam nequeunt lumina nostra pati;  
 Post tamen eripuit tenebris te numine sancto,  
 Et tibi permisit scandere mente polum:  
 Tecum igitur me tolle precor, quo nubila vincam,  
 Et Patris aeterni luce nitente fruam:  
 Nostra tuum donis cumulabit dextera templum,  
 Injicietq; tuis mascula thura focis.

## DE DOLORE VIRGINIS MARIAE.

**M**T Genitrix nati latus hasta aspexit apertum,  
 Ex quo mista rubro sanguine fluxit aqua,  
 Utq; comam insertam spinis & tempora acutis,  
 Et clavo fixam vidit utramque manum;  
 Concidit

Concidit exanimis magno deuicta dolore,  
 Et roseo fugit Virginis ore color:  
 Sic languent sine sole rose; sic imbre grauata  
 Lilia odoratum deposuere caput.

## AD LOLLIVM.

**D**UM mecum tacitus voluo animo diu,  
 Quid nos vnanimes efficiat magis,  
 Et coniungat amoris  
 Vinclo haud dissociabili;  
 In mentem veniunt persimiles mihi  
 Mores, in studijsq; acta simul bonis  
 Vita, & nescia prorsus  
 Vlli necere mens dolos:  
 Hac inter se animos dulcia vincula  
 Nostros consociant, & simul alligant;  
 Qua, dum vita manebit,  
 Nobis non soluet dies:  
 Sum, Lolli, ipse anima pars melior tua;  
 Tu contra es melior pars anima mea;  
 Hinc una atque eadem mens,  
 Et sensus mihiq; & tibi.  
 Hinc nostrum placido si gremio alterum  
 Sors qua versat opes suscipit & fouet,  
 Aequae mentem utriusq;  
 Mulcent mutua gaudia;

At,

*At, si mox eadem saepe volubilis*  
*Inconstansq; sinu decutit, & premit*  
*Ostentans sua iura,*  
*Ambos par dolor occupat:*  
*Hinc me non secus ac te excruciat lues,*  
*Qua membris tacite se implicuit tuis,*  
*Dum crudelia signa*  
*Formosa sequeris Dea.*  
*Sunt ne hac illa tua militia ò Venus*  
*Expectata nouis premia amantibus?*  
*His tu, diua, coronis*  
*Ornas militibus caput?*  
*Exemplo Iuuenes hoc moniti, procul*  
*Este à blanditijs, & fugite otia,*  
*Qua vobis mala multa*  
*Non sperantibus inferent:*  
*Lasciui genitrix blanda Cupidinis*  
*Vos primum illecebris dulcibus allicit,*  
*Post crudelis amaras*  
*Miscet sollicitudines:*  
*Quas non Alcinoi munera diuitis,*  
*Non gemma releuant, non ebur Indicum,*  
*Non terra bene olenti*  
*Felix quicquid Arabs metit.*  
*Mentem vos alio vertite, vertite,*  
*Et vestram studijs in sapientia*

*Exercete*

*Exercete Iuuentam, &*  
*Belli rebus in asperis.*  
*Tunc vestra Oceani nomina terminos*  
*Disperget volucris fama per ultimos,*  
*Et veris super alta*  
*Tollet sidera honoribus.*  
*Hos non flamma vorax, non maris impetus,*  
*Non Auster rapido flamine turbidus,*  
*Non demissa potenti*  
*Dextra fulmina diruent.*  
*Vos ergo egregijs vsque laboribus*  
*Noctes atque dies quarite gloriam:*  
*Nec primum via laudis*  
*Vos deterreat ardua.*  
*Tu (quaso) interea des operam, tibi*  
*Ne fiat grauior morbus adhuc recens,*  
*Irrepens & in artus*  
*Radices agat altius:*  
*Quas nemo medica mox valeat sciens*  
*Artis, graminibus qua gremio tenet*  
*Tellus optima matrum,*  
*Extirpare salubribus.*  
*Sitam dira lues corpore de tuo*  
*Herbis effugiet victa potentibus,*  
*Ne credas tua tantis*  
*Posthac vela periculis.*

C

*At*

*At degas studijs te grauioribus  
Inuoluens, socios inter amabiles  
Uolpinum atque Catenam,  
Vita quod superest tibi.*

AD BERNARDVM TASSVM.



*AMPRIDEM cupio splendida Caroli  
Nostris acta modis dicere Caesaris:  
Sed me copia rerum,  
Et pondus graue territat.  
Illarum cumuli se mihi plurimi  
Scribenti obijciunt; non secus, ac cita  
Nauta puppe secanti  
Aegaeum mare, Cyclades.  
Non hac conueniunt alta rati vada  
Nostra, remigijs omnibus & duce  
Nuda, queis sine tantos  
Aestus ferre nequit freti.  
At quis nauigij non rudis artium  
Set am vasta maris mittet in aquora?  
Nec non vndiq; laudum  
Magnis turgida fluctibus?  
Quis digne poterit carminibus suis  
Tanti facta viri scribere? bella quis  
Tot confecta? subacta &  
Regum colla potentium?*

Adiun-

*Adiunctasq; nouas imperio insulas,  
Extremi positas Oceani in sinu?  
Quas numquam prius audax  
Mercator tetigit rate:  
Quis nuper domitos vix superabiles  
Thracas? Pannonia qui intulerant metum,  
Quos hic nomine, & ipso  
Aduentu dedit in fugam.  
Ut venti validi vis facile aere  
Collectas nebulas dissipat, & diem  
Calo inuicta sereno  
Sublatam ex oculis refert:  
Caesar non aliter consilio potens  
Confertas acies dispulit hostium;  
Discussitq; tenebras  
Lucem Pannonia inferens.  
En soles populis splendidius nitent,  
En iam fertilior frugibus est Ceres;  
Pleno & copia cornu  
Apparet iam opulentior:  
En Pax arua colit, letaq; faustitas,  
Securusq; humili rusticus in casa  
Fretus farris aceruo  
Large ligna foco ingerit;  
At si illum agri odium mox capit, atque amat  
Mercator fieri, per maria ultimos*

C 2

Nauis

*Navi accedit ad Indos  
 Currens tutum iter & patens.  
 Nec solus rapidas incidere in manus  
 Prædonum timet, his non freta libera:  
 Proh Di, quot bona nobis  
 Virtus Cæsaris attulit.  
 Terras moribus ornauit, & omnia  
 Erasit scelera, & frena superbia,  
 Iniecit; docuitq;  
 Iustum quid deceat virum.  
 At quo oblita tui Musarum procax?  
 Quin inflata nimis contrahere, contrahere  
 Vento vela potenti, &  
 Te in portum cita conijce.  
 Culte à Tasse tui viribus ingeni  
 Aptæ est materia hac atque laboribus;  
 Te non splendidus ordo,  
 Non facundia deseret:  
 Ergo sume tibi scribere Caroli  
 Laudes, & numeris non humilis lyra  
 Famam extendere, tellus  
 Quacumq; est habitabilis.  
 Dum immortale sonans grandia concines,  
 Exacto tenui pumice carmine  
 Nostri ruris honores  
 Et fontis referam sonum.*

AD

## AD IOANNEM MARICVM.



*VID graves belli dubij labores  
 Te iuuat pugna cupidum subire  
 Rursus, ereptum toties periculis,  
 Care Marice?  
 Sape vidisti metuenda ponti  
 Monstra, terraq; impavidus, cruentum &  
 Hostium vultum vigilis secutus  
 CÆSARIS arma.  
 Huius insano fugis hinc amore  
 Victus, & Martis gladio potentis,  
 Nec tibi tandem modus est viarum  
 Militiaq;  
 Latus huc adsis; reuocant euntem  
 Supplices multa prece te sodales;  
 Quos tibi virtus tua rara fidos  
 Junxit Amicos.  
 LASSVS en suavis Comes, & Brisennus,  
 Teq; Tristanus rogat hic morari,  
 His magis nusquam tibi carus ullus  
 Aut magè dulcis.  
 Ergo iam fessum latus hic repone,  
 Sit tui hæc sedes requies laboris,  
 Pulchrior nullus locus est in Orbe,  
 Nobiliorq;.*

Cæsar

Cesar hac currum ad Capitolia alta

Egit insignis spolijs Eois;

Hic triumphata Libya refulsit

Scipio in armis.

Nulla se iure egregijs aluminis

lactat urbs tantum, meritas quis huius

Maximas laudes procul his ab oris

Nesciat Urbis?

Altius semper caput inter omnes

Extulit praestans animi, efferetq;

Dum suo terras reteget corusco

Lumine Titan.

En viris quantis domina ipsa rerum

Roma florescit, modo quos honore

Principis virtus decoravit, atque

Vexit ad astra.

En fouet doctos gremio poetas;

Quaeis lyram Phœbus dedit & sorores,

Vt tua aeterno celebrare facta

Carmine possent:

Nulla fert tales regio puellas,

Has amor circumuolitat, Venusq;

Aurea; his donat decus omne, & artem

Casta Minerua.

Quid tibi pietas memorem tabellas?

Quid tibi fontes referam salubres?

Vere,

Vere ubi longo Zephyri tepentes

Aethera mulcent:

Adde nostrorum monumenta patrum,

Templa, quae summum feriunt Olympum

Culmine, haec dices manibus fuisse

Structa Deorum:

Si preces surdus renuis tuorum;

Teq; res tanta nequeunt morari:

Præbeas saltem faciles Juli

Vocibus aures.

Ille, qui leges statuit sacratas,

Et regit totum Pater æquus Orbem,

Reddit & terris celebrata quondam

Aurea sacra.

Te rogat sancta maneat in urbe;

Vt feras secum grauiora rerum

Pondera. hunc audi precor, & quiesce hic,

Care Marice.

#### AD APOLLINEM.



louis magni soboles, decusq;

Crineq; intonso & pharetra superbe,

Applices aures precibus benignas

Pulcher Apollo:

Sive Sol mauius nitidus vocari,

Sive Mens Mundi, mihi dexter adsis,

Dum

*Dum tuas ausus cecinisse laudes  
Garmina condo.*

*Art tu sanas medicus salubri  
Corporum morbos, Tibi nota quæ est  
Herba, Tu sortes regis, ac futura  
Præcinis Augur:*

*Tu quæ dum longè iacularis arcu,  
Territas diuos, hominum quæ cætus,  
At tua matris tacitam pererrant  
Gaudia mentem:*

*Tu nouem solus moderaris orbes  
Siderum Princeps, obiens quæ circum  
Et mare, et terras, nitidæ Olympum  
Lumine lustras;*

*Sic nouem præstans cithara camænis,  
Dum vagis plaudunt pedibus choreas,  
Dulcia æterno modulata plectro  
Carmina dicis.*

*Sic diem curru uehis, et silenti  
Nocte mox celas, placidè ut quiescat  
Fessamens curis hominum, et diurno  
Membra labore.*

*Tum tuis contra radijs refulgens  
Candidam Lunam medijs tenebris  
Luce perfundis; nitet illa gaudens,  
Splendet et una.*

Lenta

*Lenta per te pampineis racemis  
Vua dependens coquitur, rubet quæ,  
Purpura certans; Tibi plurimum ipse  
Debet Iacchus:*

*Quæ mortales miseris aratro  
Arua defixo docuit mouere,  
Spem quæ praduri dare mox laboris  
Semina sulcis:*

*Concipit per te genitale semen  
Terra; dehinc aluum gravidam relaxans  
Parturit fruges, varios quæ flores  
Feta ministrat:*

*Hoc sciens à te gravidas aristas  
Expetit multis precibus Colonus;  
Vt queat natos teneros, senem quæ  
Pascere patrem.*

*Supplices audi miseros agrestes,  
Ne fame (heu) dira pereant, situ quæ  
Horreat campus, penitus quæ cesset  
Fructus aratri.*

*Tu quoque in Thracas metuendus arcu  
Bella age, et morbos procul hac ab Vrbe,  
Vt malis rursus redeant fugatis  
Tempora in aurum.*

*Imminet pestis Latio, et ruina,  
Jam ferus Mauris ruit huc cruore*

D

Italo

*Italo aspersus; nisi nos ab alto  
 Aspicis equus.  
 Eripe e tanto Italiam periclo,  
 Iulium serua innumeros in annos,  
 Cui data est rerum meritò sacrarum  
 Summa potestas.  
 Huc ades lauro caput implicatus,  
 Nos tibi sacras statuemus aras  
 Compotes voti, dabimusq; sanctos  
 Thuris honores.  
 Tum graui taurus redimitus auro,  
 Cui breue erupit modo fronte cornu,  
 Dum satur latis inuenescit aruis,  
 Imbuet aras.*

AD HERCVLEM GONZAGAM  
 CARDINALEM MANTVÆ.



*HERCVLES lux Italia decusq;  
 Fraudis expertem, et sceleris fuisse  
 Rebus in duris homini est malorum  
 Dulce lenamen.  
 Carcere in tatro licet ipse claudar,  
 Nostra mens nullo trepidat timore;  
 Nec vigil sompnos mihi cura rumpit  
 Nocte silenti.*

Nam

*Nam meus curis animus fugatis,  
 Conscijs recti sibi met, quiescit,  
 Et tua dulci recreatus aura  
 Se erigit audax.  
 Tu mihi aspiras, et ades secundus,  
 Et mihi presso medijs tenebris  
 Gurgite in vasto tua certa lucem  
 Stella ministrat.  
 Enitet virtus tua parte ab omni,  
 Undiq; apparent mihi signa amoris;  
 Quae meo semper solido manebunt  
 Pectore fixa.  
 O mihi saltem solitos liceret  
 Ferre protantis meritis labores;  
 Quos patris Minci vitreis ab undis  
 Aspicis equus.  
 Sed fores obstant mihi gestienti  
 Debito fungi officio; morantur  
 Non tamen postes validi; nec ulla  
 Vincula mentem.  
 Hac ego absenti tibi semper adsum;  
 Et tibi dulci famulor labore;  
 Dum tuas nostris meditor camœnis  
 Condere laudes:  
 Te canam sacris studijs vigentem,  
 Quae bonus formas populam patresq;*

D 2

Teq;

Teq̄ maiorum genitum vetusto  
Sanguine Regum.  
Teq̄ depulsa ambitione toto  
Corde temnentem meritos honores,  
Dulcia est portis penitus reclusis  
Otia amantem:  
Mentis argutum memorabo acumen,  
Quo potes caussas aperire rerum,  
Inq̄ sublimis penetrare Cali  
Aurea tecta.  
Te beant donis superi trescentis;  
Nos facis donis totidem beatos,  
Quos regis leni imperio, aureisq̄  
Moribus ornas.  
Mantua ex omnes caput inter Vrbes  
Italas effert, fruiturq̄ leta  
Pace; dum Mauors aliàs cruento  
Territat ense.  
Tu Pater certè es patria, atque rector;  
Creditam nauem tibi namq̄ portu  
Sistis, hinc quamuis Boreas, fremensq̄  
Hinc ruat Eurus.  
Tuq̄ commissum pecus e periculis  
Eripis cautus, licet ore sicco  
Acer huc illuc lupus usque circum  
Curset ouile.

Maxi-

Maximus laudum cumulus tuarum;  
Se obijcit semper mihi te canenti,  
Et mei Cymba ingenij grauat  
Pondere iniquo:  
Te tamen nostro, ut potero, libello  
Inseram; atque unà tua facta texam,  
Ne mea tanto careant honore, et  
Nomine chartæ.  
Tu mei (quæso) interea memento,  
Ut facis, rerum o columen mearum;  
Et simul nostra tibi sit salutis  
Paruula cura.

## DE PACE.



MA pax, tandem tenues per auras  
Explicas pennas veniens Olympo,  
Fers et optatam requiem laborum  
Aurea terris.

Huc ades nostras miserata cades,  
Queis adhuc agri recalent cruenti,  
Et rubent lymphæ fluuiorum, et alti  
Marmora Ponti.  
Cuncta sed iam te redeunte rident,  
Cuncta mutantur, viret ipsa tellus,  
Enitent fontes, fluij, lacusq̄,  
Et salis undæ.

Tu

*Tu velut Sol atherens resulges,  
 Et diem reddis tenebris fugatis:  
 En niger belli timor hincrefugit,  
 Luctus est omnis.  
 Nulla flens uxor reuocat maritum,  
 Signa dum Martis sequitur; nec ulla  
 Filium mater medijs in armis  
 Deslet ademptum.  
 Puppe mercator liquidas per undas  
 Equoris currit grauis are est auro,  
 Nec tamen prado ferus ullus illi  
 Se obuius offert.  
 Jam capit tutus requiem colonus  
 Paupere in tecto, patriosque campos  
 Vomere exercet, fruiturque pace  
 Pacis amator.  
 Militum iam iam galeas est enses  
 Occupat turpis situs; at renidet  
 Trita falx usu assiduo, atque leue  
 Splendet aratrum.  
 Hoc tibi acceptum referunt Agrestes  
 Gallia Rex, atque tibi Philippe;  
 Qui tot Europa populos gubernas  
 Aequus est Indos.  
 Munus hoc vestrum est, odioque est ira  
 Mente depulsis, positus est armis,*

Fœdere

*Fœdere est iuncto, renocastis alto ab  
 Aethere pacem.  
 Pace quis iam composita timebit  
 Amplius Thracum celeres sagittas?  
 Quisve iam magnas equitum cateruas?  
 Quisve triremes?  
 Regna sunt vobis opibus repleta;  
 Notaque in rebus dubijs lumentus;  
 Pectus est vobis, animique virtus  
 Nescia vinci:  
 Qua modo inuicti posuistis arma  
 Rursus audentes capite, atque in hostem  
 Nominis nostri est fidei secundo  
 Vertite Marte.  
 Hac iter vobis erit ad beatas  
 Aetheris sedes, superumque mensis,  
 Et choro accepti ferietis altum  
 Vertice Olympum.*

AD FRANCISCVM GONZAGAM  
 Ferrandi Filium,  
 QVI POSTEA CREATVS EST CARDINALIS.


**FRANCISCE,** magnis orte parentibus;  

**FES** Quem nunc Deus tantis accumulaz bonis;  

**CUR** semper attentus seueris  
 In studijs animum fatigas?

Non

Non dant quotannis semina prouidi  
 Sulcis coloni, nam sibi credita  
 Maiore reddit fenore, & fit  
 Fertilior requieta tellus.  
 Non usque Titan lampade maximum  
 Illustrat Orbem, sed requiem trahit,  
 Dum Luna fulget; sic diurnos  
 Ferre potest validus labores.  
 Tu, siue Phæbus, siue soror nitet,  
 Voluis Latina, & Græca volumina,  
 Moresq; naturalatentes  
 Quaris, & assiduè laboras:  
 Frustra laboras, rerum opifex sua  
 Arcana, nigra nube tegit Deus:  
 Nulliq; fas terram omnem, & altum  
 Ingenio peragrare calum.  
 Quis tot vagantes mente potest sequi  
 Stellas Olympo? quis refluxum mare?  
 Ferrumq; Magnetem trahentem?  
 Quisve Notum, Zephyrumq; & Eurum?  
 Quis constitutis temporibus sola  
 Nilum rigantem? quis vaga flumina?  
 Portusq; telluris? quis arcum  
 Nouit aquas pluuias bibentem?  
 Si plura magnis in tenebris latent;  
 Cur nocte libris & vigilas die?

Jam

Jam desine; aut saltem suctis  
 A studys animum reclina.  
 Te saepe risus atque Ioci decent,  
 Cantusq; dulces, & cithara, & chori;  
 Dum læta prima uo luuentus  
 Flore genas decorat nitentes.  
 Jam feruet aer torridus undiq;  
 Sentitq; sicci iam rabiem canis:  
 Ergo beatum rus petamus  
 Quod gelidis agitur auris.  
 Hic tu puellas versicoloribus  
 Cinctas videbis tempora floribus,  
 Festasq; ducentes choreas  
 Quæ liquidi fugit unda Minci:  
 Nec non sub alta tegmine populi  
 Stratus colonos aspicias bonas  
 Fruges canentes; quas utrisq;  
 Flaua Ceres manibus ministrat.  
 Hic cuncta rident; lætaq; carmina  
 Dulci volucres gutture concinunt;  
 Hic hortus & sylua virescunt,  
 Et tenui resonant susurro.  
 Adiuncta & ulmis vitis, & arbores  
 Gaudent grauari pondere fructuum,  
 Fontesq; non absunt salubres;  
 Qui teneras saliant per herbas.

E

Orus

*O rus beato rure beatus:*  
*Hic natus ille est Virgilius; nouem*  
*Lumen sororum, qui Poetas*  
*Carminibus superauit omnes.*  
*Atque huius inter delicias loci,*  
*Qui vicit omnes consilio Duces*  
*Ferrandus, à curis solutus,*  
*Sæpe dies hilares agebat.*  
*Ergo, parentis tu quoque maximi*  
*Morem secutus, ruris amabilis*  
*Donis fruere: dehinc redibis*  
*Fortior ad studia, & labores.*

## AD PIVM QVARTVM

PONT. MAX.



*V* *M solus meditor, maxime Principum,*  
*Quot tu sustineas mentenegotia,*  
*Et cura tibi circum;*  
*Quam magna saliant latus;*  
*Sic mecum tacitus: Ni tot in arduis*  
*Rebus ferret opem, qui regit aurea*  
*Solo sidera nutu,*  
*Iam fessus rueres senex.*  
*Hinc tu sollicitus Concilij caput*  
*Curas, ut statuant iura Patres sacra;*

Nec

*Nec non sedulus Urbem*  
*Formas legibus aureis.*  
*Hinc, dum tincta suo sanguine Gallia,*  
*Et proiecta tuos ante pedes refert*  
*Diuum diruta templa,*  
*Ingens te dolor opprimit.*  
*Nec vultus lacrymis sæpe caret tuus,*  
*Cum Regni retegat vulnera nobilis,*  
*Quod gens impia perdit*  
*Diris seditionibus.*  
*Quid dicam Iuuenem carmine lugubri?*  
*Qui non parua tua spes fuerat domus;*  
*Quem mors pallida nocte*  
*Heu heu perpetua premit.*  
*Ut fratri perijt, sic tibi flebilis*  
*Vester sanguis erat semper amabilis;*  
*Lenibatq; labores*  
*Vestros alloquijs suis.*  
*Quid rapti Iuuenis funera desceam?*  
*Auxisti proprijs quem modo honoribus?*  
*Qui non carior ipsi*  
*Patri, quàm fuerat tibi:*  
*Inter tot varias sollicitudines,*  
*Inter tot lacrymas, tu tamen, ò Pie,*  
*Magno pondere rerum*  
*Numquam victus humi cadis.*

Federi-  
cus Bor-  
romeus  
nepos.Cardi-  
nalis Me-  
dices.

E 2

Vt

*Vt navis rapido se obijcit aq̄uori*  
*Rectore & validis freta rudentibus,*  
*Et spernit maris aestum*  
*Et nigri rabiem Noti:*  
*Sic tu Sancte Pater sponte laboribus*  
*Offers te innumeris, sint licet ardui,*  
*Fidens arte magistri,*  
*Qui nos omnipotens regit.*  
*Nec te res varia atque innumerabiles,*  
*Quae circumvolitant assidue, obruant:*  
*Quin tu ducis ab ipsis*  
*Vires usque negotijs.*  
*At nonnulla tamen sit requies tibi;*  
*Cessavit quoque, postquam aethereas domos,*  
*Terras aera, & undas,*  
*Mirum fecit opus Deus.*  
*Confectus seniore spice iam tuam*  
*Aetatem, & luuenis Carolus tot senem*  
*Te maiore laborum*  
*Jam parte exoneret, sinas:*  
*Huic arcana tui pectoris intima*  
*Committis merito; huic ingenium & fides,*  
*Qua non candida Luna*  
*Caelo splendidius nitet.*  
*Atque aures faciles huius & atria*  
*Alta, ut diuitibus pauperibus patent:*

Certe

*Certe hic numine sancto est*  
*Nobis missus ab aethere:*  
*Ergo Tybri caput iam altius efferas,*  
*Nam regnante Pio & sospite Carolo*  
*Ganges vortice & Indus*  
*Pontum teminor influet.*  
*Et Romana colet templa; nec amplius*  
*Leges Concilij Gallia respuet;*  
*Nec Germania rumpet,*  
*Aut edicta Britannia.*

## AD HERCVLEM GONZAGAM CARD.

&amp; Sacri Concilij Legatum.



*ONZAGA e veteri stirpe potentium,*  
*Regum nate, Pius quam tibi credidit*  
*Jussu Regis Olympi*  
*Saluam restitues Ratem:*  
*Vires ipse tibi & consilium Deus*  
*Præbet, quo valens aquoris omnia*  
*Effugisse pericla,*  
*Ventorum & rabiem & minas.*  
*Hinc Syrtes licet, hinc Acroceraunia,*  
*Dum curris tumidum per mare, mugiant,*  
*Et caligine caca, &*  
*Nimbis fluctus inhorreat:*

Patris

*Patris summa tamen te sapientia,  
 Qua verè tenebras discutit, & domat  
 Ponti monstra profundi,  
 Infidum per iter regit.  
 Quem fers assidue plurimus est labor,  
 Et pondus ( fateor ) vix tolerabile,  
 Quod iactantibus Euris  
 Navim per freta sustines;  
 Perfer; non facili scandere tramite  
 Montem fas homini, sole ubi clarior  
 Virtus tempore in omni  
 Certis fulget honoribus.  
 Sic multa ipse etiam peruigil Hercules,  
 Cuius nomen habes, aspera pertulit;  
 Cum magnis sibi factis  
 Aeternum peperit decus.  
 Nam mala Hesperidum non piger abstulit,  
 Et centum domita est Hydra periculis,  
 Cui par altera iam iam  
 Dextra pressa tua cadet;  
 Et iam parta tuis poma laboribus,  
 Qua serpens vigili lumine, fauceq;  
 Servat semper hianti,  
 Ad dulces referes lares:  
 Et virtute Pij, & Concilij, & tua  
 Depulsis procul hinc religionibus*

*Falsis,*

*Falsis, Roma resurget  
 Longè pulchrior in dies.  
 En securæ tuo præsidio volat  
 Puppis per liquidas Oceani vias,  
 Spretisq; omnibus undis,  
 Iam portus subit hostium.  
 Huic cedat celebris Navis Iasonis,  
 Quamvis vellus ovis vexerit aurea,  
 Et fulgentia Calo  
 Inter signa renideat.  
 Hæc, lustrata Dei lampade maximi,  
 Cunctis splendidius sideribus micat,  
 Et fert ( nocte fugata )  
 Nobis perpetuum diem.  
 Nec Tiphys pelagus qui trabe nobili  
 Olim audax secuit, se tibi comparet;  
 Non tot fluctibus actus,  
 Non tantis spolijs grauis  
 In portum redijt. Tu, superans fretum,  
 Quod præter solitum murmurat & fremit,  
 Tutolitore sistis,  
 Reddisq; incolumem Ratem:  
 Et vises patriam, diuitijs potens,  
 Quas non dives Arabs, non Tagus aurifer,  
 Non dat terra Sabæa,  
 Nec rubrum mare possidet.*

A D

## AD IVLIVM FELTRIVM

Vrbinatem Cardinalem.



*Nate Regum robore fortium  
 Quid lule ruri tempora conteris?  
 Non prata vernant nec salubres  
 Nunc Zephyri volitant per auras.  
 Non falce fruges agricola metunt,  
 Quas terra magno fenore reddidit,  
 Nec prabet Autumnus racemos  
 Bacche tuum generose munus.  
 Quin linquit agros atque hyemem fugit  
 Turpem atque inertem, tu simul aufuge  
 Viamq̄ mutatis vorato  
 Vectus equis celeri ve curru.  
 Et te suctis redde negotijs  
 Te digna curans, iam satis otio  
 Mentem leuasti, iam laborum  
 Illa feret recreata pondus.  
 Gonzaga qui te diligit vnice  
 Vinclo coactus sanguinis, & tua  
 Virtute victus, te trahentem  
 Increpat vsque moras & vsque.  
 Et Borromans, cui merito Pius  
 Arcana credit digna silentio*

*Rerumq̄*

*Rerumq̄, habenas dat regendas,  
 Te precibus reuocat morantem.  
 Jam linque campos qui glacie rigent,  
 Squalent & Euri flatibus horridi,  
 Romamq̄, praeclaram triumphis;  
 Ver ubi perpetuum, redito.  
 Illam reuises mœnibus, & vjs,  
 Diuumq̄ templis, atque palatijs  
 Auctam superbis, qua fuere  
 Structa Pij & decorata sumptu.  
 Illamq̄, cernes legibus aureis  
 Nunc constitutis tollere verticem.  
 O nos beatos ter quaterq̄,  
 Quos Pius & Medicus gubernat.  
 Non alter illo iustius imperat,  
 Nec Sol quid illo mitius aspicit,  
 Seu promit ex undis Eois,  
 Siue diem Hesperijs recondit.  
 Quid iam moraris? hic quoque te iubet  
 Ad se reuerti. non tibi temner  
 Fas iussa patris, cui superne  
 Clauē datum est referare Olympum.  
 E rure multas delicias licet,  
 Curisq̄, liber gaudia colligas,  
 Ex vrbe Roma non minores  
 Percipies, mihi crede, fructus.*

C A

F

Si

*Si dulce ruri est nunc tibi deuo  
 Sub solis ortus aut merulam, aut gruem  
 Vidisse, vel turdos edaces  
 Retibus implicitos dolosis,  
 At suauē Romae purpureo tibi  
 Fulgore claro, cernere plurimos,  
 Quos spes fefellerunt honorum  
 Non secus ac laquei volucres.  
 Nec te pigebit, qui innumeris bonos  
 Virtuti-amicus muneribus beas,  
 Spectare, qui, pisces ut hamo,  
 Sic auidi capiuntur auro,  
 Et te iuuabit, qui placidum tenes  
 Portum, periculis iam procul omnibus,  
 Videre, quos fallacis Aula  
 Aura uehit rapidas per undas.  
 Spectacula profunt talia, quae docent,  
 Quam sint inanes spes hominum, suas  
 Qui res ab omni parte iniqua  
 Huius in arbitrio locarunt.*



AD

AD COSMVM MEDICEM  
 FLORENTIÆ DVCEM.



*E, COSME, semper rebus in arduis  
 Vidi periculis cedere nescium,  
 Cum Ciuitates Mars cruentus  
 Italia rueret per omnes.  
 Nouiq; multas consilio tuo  
 Fraudes reiectas, quas tibi perfida  
 Gens cogitabat non merenti, ut  
 Te daret exitio, tuosq;  
 Et bis fugatis vidimus hostium  
 Centum cateruis te exuuijs grauem,  
 Claris & insignem trophæis  
 Parcere iam populis subactis.  
 Te nunc amata funera coniugis,  
 Et filiorum pectore cernimus  
 Forti ferentem, quos eadem  
 Panè die rapuere Parca.  
 Illam stet Arnus, Naiadum & chorus  
 Suspirat ambos spem patriæ & domus  
 Natos ademptos, tu sine ullo  
 Das gemitu miseros sepulcris.*

F 2

Siccis

*Siccis est inter tot lacrymas genis,  
 Altoque vultu fortior omnibus  
 Nos increpas, ornamentoque tristi  
 Nos prohibes decorare fletu.  
 Sors dura tantis non quatit ictibus  
 Aversa mentem, quae stabilis manet,  
 Cautes ut vidis verberata  
 Aequare in Illyrico, notisque.  
 Non fracta virtus insita semine  
 In te paterno, non solitus vigor  
 Languescit umquam, deciditve,  
 Sed magis atque magis virescit.  
 En mentis alas altis explicas,  
 Et signa tangis lucida vertice,  
 Nec patris orbem temperantis  
 A radijs oculos reclinas.  
 Sic fixa solis lumine lumina  
 Non flectit ales regia, cum leui  
 Sublata penna cali ad astra  
 Tendit iter liquidas per auras.  
 O te beatum, cui Deus optimus  
 Cum mente regnum praebuit integra,  
 Et ferre donat semper aquo  
 Res dubias animo, et secundas.*

A D

A D A M I C V M.

**D**VM Lycus a patria digressus tendit ad Urbem,  
 Hac faciens iter, inuisit me dulcis amicus,  
 Et mecum bidui spatium consumpsit, ut artus  
 Igne relaxaret confectos frigore, et amo,  
 Utque via posset mox durum ferre laborem.  
 Excepi letus. de multis multa locuti,  
 De te praesertim, cum sis mihi carus et illi:  
 Te mihi narrauit deuictum vulnere Amoris  
 Sub vetula imperio meretricis degere vitam,  
 Teque indigna pati, fastus tolerare superbos  
 Illius, et multas sine somno ducere noctes,  
 Et tibi saepe genas guttis manare, nec umquam  
 Appareret tuo risus vestigia vultu.  
 Obstupui et dolui, cum te non carior alter  
 Sit mihi, colla iugo te nunc submittere amoris,  
 Cum tua iam mores alios efflagitet aetas,  
 Nondum igitur te longa dies cognoscere casses  
 Edocuit? quos ante pedes tibi callida tendit?  
 Confictasque dolis lacrymas? quas exprimit usque  
 Dum digitis oculos terit, et suspiria ab imo  
 Pectore ficta trahit, queis tecum subdola certat,  
 Dum tu non ficto suspiras stultus amore,  
 Et tua non falsis madefiunt fletibus ora.  
 Nec dum artem agnoscis? qua te deludit amantem,

Cum

*Cum faciem nigram fūco conuertit in albam.  
 Ab miser, Hanc cumulas argenti pondere & auri.  
 Illacrymans? lectisq; rubro de gurgite conchis?  
 Dasq; gregem Comitum? quas India tosta colorat,  
 Atque preces addis, lacrymas ut mittat, & omnem  
 Tristitiam, & uestræ res sint in amore secunda.  
 Illa sinu in tacito gaudet, furtimq; cachinnat,  
 Et carum magis esse suis te dicit ocellis,  
 Utq; sui memor esse velis, te voce precatur  
 Supplice, cum vigilas, & cum tua lumina condit  
 Somnus, ut occurrat menti sua semper imago.  
 Teq; rogat lateri affixus sis omnibus horis,  
 Ne Thais te blanditijs a se abstrahat vlla,  
 Perq; Deos iurat, perq; alti sidera cali,  
 Non donis te posse suo de corde reuelli,  
 Non prece, non lacrymis, magica non arte, nec herbis.  
 At, maiora tuis si quisquam munera præbet,  
 Te subito excludit, potiorq; est alter amator.  
 Sed promissa fides ubi sit, si queris, inulta  
 Ferre ait hæc ventos vacuas periuria in auras.  
 Hinc lacryma, hinc gemitus, rabiesq; immensa, furorq;  
 Hinc miser ante fores, foribus mala multa superbis  
 Ingeris, & paulopost ipso in limine supplex  
 Spargis odoratos flores, atque oscula figis,  
 Te sæpe incusans, quod verba minantia postes  
 Iecit in aduersos tua lingua euicta dolore.*

Tu

*Tu ne igitur spatium vitæ famulaberis omne?  
 Et patieris, opes, tibi quas peperere parentes  
 Sudore ingenti, meretricem absumere auaram?  
 Et virtute tibi quasitum demere honorem?  
 Heu nescis, quod dulce magis nunc melle videtur  
 Mox fore felle tibi (nec fallor) tristius ipso;  
 Et quanto magis ipse bibis, sitis arida tanto  
 Te magis exurit, siccis & faucibus angit.  
 Nam flammis alimenta tuis improvidus affers,  
 Semper inexpletæ Veneri noua pabula præbens;  
 Unde magis feruet corde, ut fornacibus, ignis  
 Ab quanto est satius nervos te intendere, ut istum  
 Eijcias ardorem animo, quam viuere vitam,  
 Qua tibi non sana mentis magis augeat astum.  
 Difficile est, fateor, subito diuellere morbum;  
 Qui iam pridem egit radices pectus in imum.  
 Non desperandum tamen est: ratio omnia vincit.  
 Cui si præbueris faciles, ut te decet, aures,  
 Inde pedem referes, quo te tuus impulit ardor.  
 Illa tibi monstrabit iter, mentemq; tenebris  
 Eripiens circumfusus te in luce locabit.  
 Eia age, te ex alto iam tandem collige somno,  
 Audacterq; iugo iam fortis subtrahæ colla:  
 Ipsa dat ingentes ratio tibi viuida vires.*



A D



RGO ego, qui a puero tot iam fugien-  
tibus annis

Roma tuo in gremio rerum pulcherrima  
vixi,

Jam senior numquam posthac te lumine  
cernam.

Ergo ego, Tibri pater, patrio mihi carior amne,  
Qui me post curas, et multa negotia lassum  
Sape tuo leni recreasti murmure, et vnda,  
Nostra tuus numquam ponam vestigia ripis?  
Vitam vbi fingebam mihi fesso etate beatam?  
Nec vos ò septem colles, horti, et remisam?  
In quibus ipse tener collegi saepe nitentes  
Rore rosas, feci, et nouo de flore corollas,  
Figra gelu, et squalens alibi cum terra rigeret.  
Non ager Assyrius vobis contendat odore,  
Parthenope, suis cedat bene olentibus herbis,  
Ver proprios quando vobis concessit honores.  
Nec vestris fruatur, ò dulces ante omnia amici,  
Amplius alloquijs? quibus olim incommoda nostra  
Speravi demens leniri posse senecta.  
O fortuna potens, vt nos spe ludis inani,  
Cuncta, et veloces (si vis) mutantur in horas.

Afer,

Afer, et Hircanus Romam colit, et colit Indus,  
Quis bibit Tanaim, quem saua Britannia partu  
Edidit, et Tauri qui natus vertice montis,  
At nos, quos vtero mitis tulit Itala Tellus,  
Sedula quos veluti nutrix modo Roma fouebat,  
Principibus, et viris caros, nulli, et molestos,  
Cogimur heu miseri obscuris nunc viuere in oris.  
Omnia pra Roma loca consita nocte videntur.  
Nec vos ò Thermae, nec vos Capitolia, et alta  
Templa Deum, nec vos equata palatia Celo  
Visere iam possum, sparsus nunc tempora canis,  
Qua toties ego sum primis ingressus ab annis,  
Et semper colui, et suspexi vester alumnus,  
Munere, et insignis vestro et decoratus honore:  
Nec tua sancte Pater qua nunc struis ampla Theatra  
Metiri licet his oculis, nec monte salubrem  
Quam deducis aquam, nec sacras quas Pius ades  
Ponis, et exornas fulgenti marmore, et auro.  
Mœnia quid referam? quibus Urbem prouidus auges,  
Et quibus illa feros hostes circumdata temnit.  
Quidve Piam memorem portam? quid strata viarum?  
Quid decora? vsque tuis qua sumptibus adycis aula:  
Me miserum, mihi si numquam fas ista videre,  
Aeternum, tua cogor Pie luce carere,  
Et Romam, praeter solitum qua pulchra renidet.  
Illa tuis radijs, Patrum et perfusa nitore,

G

Quos

Quos virtus cumulat donis, atque induit ostro,  
 Emicat, atque Vrbes superat vi luminis omnes,  
 Sint licet illustres studijs, armisve superba,  
 Aurea sic Phœbi restinguit sidera fulgor.  
 Nos igitur, procul à Roma caligine mersi,  
 Vt lucem reddas, humili te voce precamur.  
 Ipse, tuo sancto aspectu recreatus, & Vrbs,  
 Si mihi permittes pedibus procumbere sacris,  
 Intexam præclara meo tua facta libello,  
 Næ remis paruo deducta poemata versu.  
 Fortior & rediens huc nostro munere fungar  
 Assidue pascens, & curans peruigil agnos,  
 Quos olim tua commisit mihi magna potestas,  
 Cum Deus in summa merito te sede locauit.

## PAULI MANVTII

## EPITAPHIVM.



Ul te, Paule, gemit, linguam gemit ille  
 Latinam,  
 Quos simul extinctos hic breuis Orbis  
 habet.  
 Illa tuo stetit ingenio, & præstante  
 labore  
 Sustentata diu, teq; cadente, cadit;

Et

Et voluit, tecum quia multos vixerat annos,  
 Tecum etiam hoc tumulto post tua fata tegi.  
 Vna fuit vobis fors vita, & mortis, & urna,  
 Vnus & ambobus plangor, honosq; datur.

## EIVSDEM EPITAPHIVM.



LORVIT assidue (te viuo) lingua Latina,  
 Perfusa ingenij lumine, Paule, tui,  
 Nunc sine te languet. sic languent lilia  
 in horto,  
 Sic rosa, qua longo tempore sole caret.

## EPITAPHIVM PETRI BEMBI

## CARDINALIS.



ADRIA Bembe, tibi patria est, tibi Roma  
 sepulcrum:  
 Imperat hæc terris, imperat illa mari.  
 Egregie es lingua Tusca, Latiaq; locutus:  
 Non hæc, non illa dulcius vlla sonat.  
 Sunt testes Musa Tusca, Musaq; Latina,  
 Magnanimum Venetum testis & historia.  
 Nobiliore solo haud poteris nasci, nec obire,  
 Nec poteris lingua candidiore loqui.

G 2

EIVS-

## EIVSDEM EPITAPHIVM.



VAE iam victa situ squalibat lingua  
Latina,  
BEMBE, tua floret nunc bene culta  
manu.

Quin deflorescit, modote spoliata ma-  
gistro,  
Postq̄ tuos cineres non, velut ante, viget.  
En inculta tuum languenti flore sepulcrum,  
Spargit, & incultis flet tua fata modis.

EPITAPHIVM

## CHRISTOPHORI COLUMBI

QVI NOVVM ORBEM  
I N V E N I T.



Ligur Italiae decus, & lux certa Co-  
lumbae,  
Heu brevis extinctum te quoque testa  
capit.

Te modo non potuit terras qui amplecti-  
tur omnes  
Oceanus, magno continuisse sinu.  
Illius es fines ultrarare vectus ad Indos,  
Quo prius haud pennis fama tetendit iter.

EIVS-

## EIVSDEM EPITAPHIVM.



IPHYS nauigij ne certet laude Columbo,  
Quamuis Amoniam rexerit arte  
ratem.

Egregys etiam factis huic cedat Iason,  
Sit licet aurata pelle superbus ouis.  
Hic classem Oceani vesanis rexit in undis,  
Qua non ante vagus nauita fecit iter.  
Orbeq̄ diuisum nostro penetrauit ad orbem  
Primus, & innumeris auxit utrumq̄ bonis.

EIVSDEM EPITAPHIVM.

~~~~~  
~~~~~



ARVA licet cineres Liguris tegat urna  
Columbi

Acta tamen calo vix potuere tegi.  
Huius facta sonant, qua sol oriturq̄, caditq̄;  
Quaq̄ micant alto lucida signa polo.  
Alter & hunc obitus Phœbi miratur, & ortus,  
Astraq̄ sub nostro qua pede clara nitent  
Primum enim ignotum celeri trabe vectus ad Orbē est,  
Primus & ignoto sidere rexit iter.

~~~~~  
~~~~~

EPL.

HIPPOLYTI  
EPITAPHIVM CAROLI QVINTI  
IMPERATORIS.



CAROLVS hic situs est, magnos qui  
sape coegit  
Europa Reges subdere colla iugo;  
Qui Libyam domuit, Thracasq; fuga-  
uit, & armis  
Adiunxit regnis Indica Regna suis;  
Qui mox se inuictum vicit, se fortior ipso,  
Cum solum spreuit, quicquid & orbis habet.  
Pulchrius, Imperij se se spoliasse corona,  
Quam Reges forti tot domuisse manu.

EIVSDEM EPITAPHIVM.



CAROLVS occubuit morti de morte triumphans,  
Mortuus inuita morte superstes erit.  
Facta vigent, Reges Europa vicit, & Afros,  
Atque Indos ultra protulit Imperium;  
Mox se se Imperij magno subduxit honori,  
Sponte sua & cunctas respuit orbis opes.  
Hoc igitur decorent Regum spolia ampla sepulcrum,  
Mortis & e valida raptæ trophæa manu.

EIVS-

EIVSDEM EPITAPHIVM.



UROPAE domuit tollentes cornua  
Reges  
CAROLVS, atque Asia terror &  
horror erat,  
Et pedibus Libyam calcavit victor, et illi  
Innumeras victus præbuit Indus opes.  
Deinde sibi frenum iniicit, Fratriq; regendum  
Imperium, & Nato cetera Regna dedit:  
Atque ait, Ex nobis & honores temnere & aurum,  
Discite, Mortales: puluis & umbra sumus.

EIVSDEM EPITAPHIVM.



CAROLVS Europam rexit, Regumq; po-  
tentum  
Calcavit forti colla superba pede;  
Et dare terga fuga propria virtute coegit  
Regem Asia, pauidam, ceu Iouis ales auem;  
Atque Afros, orbemq; alio sub Sole iacentem  
Vicit, & inuicto mox sibi iura dedit.  
O factum egregium. se se super athera tollit,  
Qui potis est animos perdomuisse suos.



EPITA-

## HENRICI GALLIAE REGIS:



RO Gallis, Henrice, feros dum tendis in  
hostes,

In latere haeserunt spicula nulla tuo.

Dum pacem celebras ludis armisq̄, ruentis

In te fracta tuum perforat hasta caput.

Ab scelus. haud potuit te pax arsere periclo,

Illa licet per te sit modo lapsa polo.

Nec tua qua forti seruasti pectore Regna

Seruare à mortis te ualere manu.

EPITAPHIVM

## FERRANDI GONZAGAE.



ANTVA Virgilij clarò se nomine iactat,

Ferrandiq̄ simul laude superba sui est.

Illi fronde sua deuinxit tempora Phœbus,

Huic cinxit proprio Mars ferus ense latus.

Ille animi morbos cithara procul ire coegit,

Inq̄ fugam curas carminis arte dedit:

Hic dextra hostiles dissecit saepe phalanges,

Atque noua belli reppulit arte duces.



AD

## AD HIPPOLYTAM GONZAGAM

FERRANDI FILIAM.



IPPOLYTA, extinctum iam desine flere  
parentem,

Et pulchro roseas ungue notare ge-  
nas.

Non isti decorant gemitus, lacrymaeq̄

sepulchrum,

Non qui floridulo defluit ore cruor.

At decorant cruor, & gemitus quos edidit hostis,

Qui cecidit toties illius ante pedes.

EPITAPHIVM

## LAELII CAPILVPI FRATRIS.



ANTVA te, Lali, meritò se iactat alumno,

Nam, Maro qua sonuit, tu quoq̄ voce  
sonas.

Et, tua sint quamuis ex omni parte Ma-  
ronis

Carmina, non eadem, qua canit ille, canis.

Non igitur mirum, si te modo Mantua ademptum

Certatim spargit floribus, & lacrymis.

H

EPITA-

## EPITAPHIVM HERCVLIS GONZAGAE

CARDINALIS MANTVAE

CONCILII LEGATI.

 IC GONZAGA iacet, qui primo in flore  
Juventa

Natura celeri mente cucurrit iter:

Iamq; vir & pastor sacrata volumina voluit,

Et vigil ad Minci flumina pavit oves.

Dumq; pecus curat, Clemens splendescere in ostro,

Et secum rerum pondera ferre iubet.

Post, senior, dum sancta Pij praecepta facefit,

Concilio, & Patriae flebilis, occubuit.

## FILIAE MAXIMILIANI IMPERATORIS

EPITAPHIVM.

 VAE iacet hoc tumulo, nuper pulcherri-  
ma rerum,

Et magni imperio filia digna patris,

Non umquam maculis aspersit candida vitam,

Virginco semper tincta pudore genas.

Et niveo fidei panno circumdata pectus,

Artibus effulsi docta Minerva tuis.

Nunc superum stipata choro micat athere, ut horto

Clausa rosa, & nullo pollice tacta nitez.

DE

## DE LYCORIDE LAETITIA MORTVA.



EFLEBAT mater cari modo funera nati,  
Cuirigido Manors abstulit ense caput.  
Improvium illi se filius obtulit alter,  
Quem mersum Eridani fama ferebat

aquis.

Vt vidit natum incolumem, quem fleuerat olim

Amissum, subito concidit exanimis.

Sic perijt vi latitia semelicta Lycoris,

Qua nequijt gemino fixa dolore mori.

## EPITAPHIVM IVLII CAESARIS.



Vi modo inauratis Capitolia ad alta quadrigis  
Vectus, & Eoos rexit, & Hesperios,  
Ecce cadit Caesar, transfossus pectora ferro,  
Et simul e dextra sceptrum superba cadunt.  
Umbra sumus, cui vix fuerat sat maximus Orbis,  
Nunc huius cineres paruulus Orbis habet.

## IN SILENV M.



OC tumulo, Silene, iaces, qui saepe bibisti  
Non int ermissa pocula mille mora.  
Vixisti felix, si curas pellit Iacchus,  
Muneribusq; suis pectora plena beat.

H 2

Namq;

*Namq̄, tibi illius feruenti plena liquore  
Semper erant pectus, viscera, colla, caput.*

## I N E V N D E M.

**I**TA mihi iucunda fuit, mihi dolia cordi,  
Et cyathi, & plenis vina fuere cadis.  
Nec mihi amara dies, cum nostra ad limina venit.  
Et pede percussit Mors violenta fores.

*Namq̄, pedum strepitus nostras non attigit aures,  
Corpus erat somno, mensq̄, sepulta mero.  
Sic perij felix, atque hoc felicior, urna  
Quod mihi non opus est, ante sepultus eram.*

## I N E B R I V M.

**D**VM vixi, sine fine bibi. sic imbrifer Arcus,  
Sic Tellus pluias Sole perusta bibit.  
Sic bibit assidue fontes & flumina Pontus,  
Sic semper sitiens Sol maris haurit aquas.  
Ne te igitur iactes plus me, Silene, bibisse  
Et mihi da victus tu quoque, Bacche, manus.

## I N E V N D E M.

**A**CTABUNT alij partum sibi sanguine nomen,  
Regiaq̄, audaci colla subacta manu.  
Et tumulo inscribent depulsos manibus hostes,  
Milleq̄, disiectas Marte fauente rates.

Maxi-

*Maxima palma mihi, Baccho duce pocula mille  
Grandiacum multo saepe bibisse mero.  
Gloria nectentis, si Cantarus ante sepulcrum  
Pendet, & immensi, nostra trophaea, cadi.*

## I N E V N D E M.

**I**L mihi cum Flora, dum felix vita manebat,  
Sed mihi cum Baccho plurimus usus erat.  
Non igitur sit sparsa nouis mea floribus  
urna,  
Sed potius dulci sparsa sit illa mero.  
Ut fuit huius odor viuo mihi floris odore  
Suauior, extincto sic erit ille mihi.

## AD LAURENTIVM GAMBARAM.



**V**ID flet assidue iucundi funus amici,  
Quem potes e Stygijs eripuisse vadis?  
Sume lyram, & lacrymis careant mulie-  
ribus ora,  
Te lyra, non lacryma, culte poeta, decet.  
Turpe tibi, cineres fletu decorare perenni,  
Quo tibi perpetuis fas celebrare modis.  
Sternit humi heu patrem Lycidas, dum verberet torto  
Concutit, & duro calce fatigat equum.

Ille

Ille miser, patre, extincto se protinus ense,  
 Traicit, & moriens talia voce refert:  
 Fas utinam his posse mori: sic debita possem,  
 Care Pater, gemina reddere morte tibi.  
 Proletho tibi quod peperit, pro munere vita  
 Quam duxi, haud satis est me cecidisse semel.

**D**UM pugnat Lycus ob patriam, cadit obrutus  
 hastis,

Et matrem aspiciens iam periturus ait:  
 Pro patria mihi dulce mori, te propter amarum est,  
 Hinc atque hinc gemino victus amore trabor.  
 Illa grauem egregia superans virtute dolorem,  
 Hac siccis oculis aurea dicta dedit:  
 Redde quibus debes animam letusque libensque,  
 Tu patria, & caelo, non mihi natus eras.

## IN MARCVM ANTONIVM.

**V**ID facis, Antoni? perdis ciuemque, senemque,  
 Qui lingua, & patria dicitur esse pater.  
 Ille dedit lingua lucem, patriaque salutem,  
 Tu morte unius tollere utramque putas?  
 Falleris. Vrbs etiam nunc stat Ciccone perempto,  
 Et magis atque magis lingua Latina viget.  
 Nam, tua qua solum resonabant illius ore  
 Crimina, nunc eadem mille per ora sonant.

IN

## IN EVNDEM.

**D**EXTRA tua, Antoni, perfusa est sanguine  
 Cuius,

Quin potius patrio tincta cruore rubet.  
 Quem iugulas, vno ore vocat patria ipsa Parentem,  
 Utque Patri lacrymas dat laniata genas.  
 Ah, miser, extincti qui post sua funera viuit, Extincti.  
 Enseque transfusus guttura, voce sonat.  
 Nam lingua illius totum iam sparsa per Orbem est,  
 Inque tuum torquet spicula, ut ante, caput.

## IN ACCOLTVM

## QVI IN PIVM QVARTVM

## PONTIFICEM MAXIMVM

## CONIVRAVIT.



VIS te, Tartareis licet huc sis missus  
 ab umbris,  
 Crediderit tantum mente agitare ne-  
 fas?

Tu ne Pium iugulare audes? cui lanua  
 cali

Paret, & extollit quo duce Roma caput.  
 Falleris, Accolte. in diuos sunt irrita tela.  
 Testis & Aegon, testis & Enceladus.

IN



**I**MPIA turba, Pium cur ferro perdere  
tentas?

Quem colit ut patria Roma superba  
patrem.

Cui Deus in terris primos largitur ho-  
nores,

Datq; sacra athereas clauē aperire fores.

Qui modo diuinis ornavit legibus Orbem,

Et sibi commissam qui regit arte Ratem.

Ille Deo est similis, tu par turba impia turba,

Qua cecidit, contra cum tulit arma Jonem.

### IN AQVAM VIRGINEM,

à Romanis Romam ductam.



**V**IRGO, qua nitidis transluces candida ab  
undis,

Vt nitet e pufro splendida concha vitro.

Huc adsis, studio matris terra eruta ab alta,

Illa sacro accipiet te veneranda sinu.

Hic

Hic tuto poteris, nullo tardata timore,

Perq; vias omnes currere, perq; domos.

Nec fraus virgineum, nec vis violabit honorem,

Sanctus enim sancta regnat in Vrbe pudor.

### IN EANDEM.



**F**ONS, qui virgineo fulges spectabilis ore,

Et Tiberim rursus per vada nota petis,

Tolle caput, tibi ROMA venit latissima  
mater

Obuia, quem raptum fleuerat ante sibi.

Teg; sinu iam iam excipiens, nona pectore sentit

Gaudia, & aduentu iure superba tuo est.

Tu decus antiquum, tu priscos reddis honores,

Pluraq; das nobis commoda diues opum.

Instar enim fluij curris per Stratā viarum,

Et vitreis erras conspiciendus aquis.

Ludis & in gremio matris, lymphaq; salubri

Abluis e nostro frigidus ore sitim.

Dumq; leui reuocas fugientes murmure somnos,

Jam confectu graui corda dolore, leuas.

Hac iter aeternum facias, tibi candidus hodus

Flore coronatus corrueat ante pedes.

## AD IOANNEM AVSTRIACVM.



*E* pater aspiciens ex alto Caesar Olympo  
Equoreum celeri dum trabe curris  
iter;

*Perge Puer dixit, nec te iam barbarā  
clasis*

*Terreat, aduerso qua mouet arma Deo.  
Ecce tuam circumuolit at victoria puppim,  
Ecce suas ponunt Eurus & unda minas.  
Maeste animo, ut dederam terris ego iura subactis,  
Sic tibi denictis seruiet aquor aquis.*

## A. D. E. V. N. D. E. M.



*DECUS* Europa Iuuenis, qui, sanguine cretus  
Caesaris, audaci nunc freta classe secas;  
*Iam cape tela manu, teq; aude credere pugna:  
Cuncta tibi cali signa secunda fauent.  
Nullaq; iam pluuias auis increpat ore morantes,  
Nec turbata Notis amplius unda tumet.  
Et turpi dat terga fuga perterritus hostis,  
Qui videt imperium te penes esse freti.  
Rumpe moras, & vince mari felicibus ausis:  
Nullus erit terras mox domuisse labor.*

*En tibi*

*Entibi Roma parat, terra pontoq; subactio,  
Augustum duplici cingere fronde caput.  
Iam venias, diuumq; sacris infige columnis  
Victor in Aegeo parta trophaea salo.  
Et Graio domiti in campo spolia ampla Tyranni  
Puppe coronata per maria alta uehas.  
Huc etiam tuus euictis pater inclytus Afris,  
Aurea de Libyalitore donat ulit.  
Et merita ornatus, populo plaudente, corona,  
Hac niueo incessit saepe superbus equo.  
Felices ambo, cum te quoque lata fouebit  
Iure triumphantem Martia Roma sinu.  
Illa tuos numquam cessabit tollere honores  
Laudibus, & nomen voce iterare tuum,  
Cum te victorem exuuijs orientis onustum  
Cernet, & ante tuas opida capta rotas.  
Hac inter, Paphon agnoscit, bimaremq; Corinthum,  
Et Gnidon, & claram sole nitente Rhodon;  
Et loca sacra tuo nobis quasita labore  
Suspiciet, quondam sanguine tincta Dei;  
Spectabitq; suo currentem mollius Indum  
Flumine: nam victis per vada serpet aquis;  
Bracchiaq; euinctos Thracas post terga videbit,  
Atq; Deo captas mille fauente rates;  
Quiq; erat Italia populis modo terror & horror,  
Aspiciet dantem colla superba iugo.*

I 2

*His*

*His oculos pascens mirabitur incluta Roma  
Magni facta patris te superasse tuis.  
Ille dedit terris leges victricibus armis,  
Notus est Eois, notus est Hesperijs.  
At tu, sic placitum superis, felicior illo  
Et pelago, est terris aurea iura dabis.*

## A D E V N D E M.

 *Iuuenis, qui victrici nunc classe superbus  
Sanguine das parto Martia iura mari,  
Et facis, ut Tibris iam tutior influat aquor,  
Et magis auriferi splendet unda Tagi;  
Perge, precor, belloque feri pete Regna Tyranni:  
Terga repente dabit barbara turba fuga.  
Quis contra pugnantem Aquilam, validumque Leonem?  
Quis contra inuictam iam feret arma Crucem?*

## A D E V N D E M.

 *ICIMVS: en rursus circum Victoria Classem  
Quam regis, inuicto Casare nate, volat.  
Et Draco, qui venit modo ab alto, est regius ales,  
Et Leo pro nobis fortia bella mouent.  
Utque una interdum vitis tres alligat olmos,  
Sic illos vnus religionis amor.  
Quos ferus vnanimis ubi senserit hostis, est aquor  
Scindere victrices te duce mille rates,  
Terga*

*Terga iterum vertet, terraque fugatus, est undis,  
Sanguine tinget humum, sanguine tinget aquas.*

## EIVSDEM EPITAPHIVM.



*ONDITA in obscuro tua sint licet ossa  
sepulcro  
Non tamen hic armis laus tibi par-  
ta latet.*

*Quis valida nescit te dextra equasse  
triumphos*

*Fratri? est augusti fortia facta patris?  
Africa perdomita, est sedata Hispania testis,  
Testis in Ionijs Turca subactus aquis.  
At nisi primo cecidisses flore iuuenta,  
Victa etiam testis Belgica terra foret.*

## AD CAROLVM REGEM GALLIAE.

 *ORTVNATE puer, parez cui Gallica tellus,  
Quique vastos ludis peruigil arte viros;  
Ille tibi debet, toti qui prasidet orbi,  
Cui nihil est cordi religionis prius;  
Namque tuis iussis diuum contemptor, est armis  
Concidit, est sauis nunc iacet esca Lupis.  
Sic templis quem longa dies, quem incuria honorem  
Abstulerat, per te reddidit una dies.*

## A D E V N D E M.

 *V*i tibi saepe dolos struxit, qui vincla parauit,  
 Tu puer in laqueos induis arte senem.  
 Utq; manu Alcides pressit fera cornua tauri,  
 Sic premis illius colla superba pede.  
 Et telis Pythona truce, velut alter Apollo,  
 Qui tua vastabat regna opulenta, necas.  
 Nunc florent, tolluntq; caput tua lilia, & astris  
 Clarus, hostili tincta cruore micant.

AD SERENISS. VINCENTIVM GONZAGAM  
 PRINCIPEM MANTVÆ.

 *D*um petis alta sacri tenero pede culmina  
 Pindi,  
 Ex quate dulci voce Thalia vocat,  
 ACrotto ne flecte aciem, sate sanguine  
 Regum,  
 Ardua qui tutum per iuga monstrat iter.  
 Ne labor a tantis vllus te terreat ausis,  
 Ecce tibi e summo Gloria monte nitet.  
 Illa dies noctesq; tuum vigilare Maronem  
 Fulsit, ut egregia fingeret arte modos.  
 Illatum toties Ferrandum frigus, & astum  
 Et graue Mauortis ferre coegit onus.

Te

*T*e quoque multa decet tolerare, ut versibus illi,  
 Huic armis similis, clara per ora voles.  
 Non honor est facili legisse e colle coronam,  
 Nec prada exiguo parta labore iuuat.  
 Ergo vigil decerpe senis dicta aurea Homeri,  
 Sicut apis flores qua legit ante diem;  
 Et radiometire solum, stellasq; globumq;  
 Solis, & immensi litora curua maris.  
 Utq; Iouis celeri volucris secat aera penna,  
 Sic mente athereas tu quoque curre vias.  
 Iamq; frementis equi preme terga superbus, et aude  
 Dente feros hasta sternere paruus apros.  
 Alcides etiam geminos puer impiger angues,  
 Dum tumidi tollunt sibila colla, premit.  
 Sed colere in primis ex toto corde potentem  
 Disce Deum, & leni nos regere imperio.  
 Nunc studia hac cordi tibi sint. ut, pulchra Iuuentus  
 Vestierit primo cum tibi flore genas,  
 Tunc in bella rues, Thracasq; animosus in hostes,  
 Et dabis aduersos pectore & ense neci;  
 Et spolia in patriam magnis quasita periculis  
 Oceano, & terra Marte fauente, feres.  
 Tunc ego, si dederit tantis superesse triumphis  
 Parca mihi, numero te grauiore canam.  
 Interea hoc exile mei cape pignus amoris,  
 Carmen, & inceptum perfice latus iter.

IN

## IN CVPIDINIS STATVAM DORMIENTEM.



**H**ERCVLIS ex humeris erepta pelle leonis  
 Declinat somno lumina victor Amor.  
 Dulceq; subridet. spolijsq; elatus opimis,  
 Omnia iam pedibus supposuisse putat.  
 At procul euentura videns mastissima mater,  
 Quaq; Puer secum mente volutat, ait:  
 Falleris, adueniet tempus, cum tecta subibis  
 Casaris, & nulli iura superba dabis.  
 Despicient pueri, spernent tua iussa puella,  
 Castus in illorum corde vigebit Amor.

## AD LAURENTIVM GAMBARAM.



**L**AUS, nouum virtute sua qui repperit  
 Orbem,  
 Oceani insuetas ausus inire vias,  
 Argumentum ingens tibi prabet fortibus  
 ausis.  
 Victor in Europam cum spolia ampla refert.  
 At tu materia clarum addis, Gambaram, honorem,  
 Grandeq; Apollinea carminis arte decus.  
 Nam versu decorata tuo noua facta Columbi,  
 Sparsa velut solis lumine signa, nitent.

A D

## A D E V N D E M.



**C**ARBARA dum celebras, petijt qui puppibus  
 Indos  
 Primus, & Hispanis parta trophaa tulit,  
 Magna tui versus exornant illius acta,  
 Non secus ac versus illius acta tuos;  
 Amorum virtus duplici cumulata decore est,  
 Alter ab alterius lumine lumen habet:  
 Sic gemmis ornata nitet magis Indica concha,  
 Sic magis in concha gemma reposita micat.

## DE CVRTIO GONZAGA.



**V**IRTIVS in Tuscam conuertit car-  
 mina linguam,  
 Quaeis Maro Phoenissae funera sua  
 canit  
 Horum ego dum refero versus & mente  
 soluto,  
 Vsq; mihi lacryma mastia per ora fluunt:  
 Nam miseram heu rigido sibi met dum pectora ferro  
 Trajicit, insuetis deslet uterq; modis;  
 Felices ambo, quibus artem doctus Apollo  
 Qua valet huc illuc flectere corda, dedit.

K

A D

## AD EVNDEM.

**M**ANTVA Virgilium genuit, te Mantua, Curti,  
 Vrbs illum coluit, te quoque iure colit.  
 Elicit ex oculis mihi guttas ille Latino  
 Carmine, Phœnissadum fera fata canit.  
 Tu quoq̄, dum Tuscis morientis dira camœnis  
 Dicta refers, lacrymas excutis arte mihi.  
 Vos ego persimiles venerabor semper honore,  
 Prosequar & semper vos ego amore pari.

## AD VENEREM CYPRIAM.



CYPRIA, seu celeri ueheris super athe-  
 ra concha,  
 Sive Gnidi nuceo nunc premis arua  
 pede;  
 Aspice, ut Ægais exultans Barbarus  
 undis  
 Auferat e diti rapta trophœa Cypro.  
 Ille, tuos populatus agros, tua Regna, superbus  
 Iam sibi terrarum cuncta subacta putat:  
 At tumidum tu merge salo, & da piscibus escam:  
 Nam potes: e rapido tu Dea nata mari es.  
 Et Boreas parcat tibi Amoris sauciis arcu,  
 Sauciis & pelagi Rex tua iussa facit.

AD

## AD RHODANVM FONTEM

IN VILLA HORATII MALAGVTII

PROPE REGIVM.



VI canit Estenses antiqua ab origine  
 Reges  
 Carmine, quod poterit nulla abole-  
 re dies,  
 Jlet tua in ripa Musis Ariostus amicus  
 Arte laboratum nobile finxit opus.  
 Jure caput Rhodane extallat, te notior undis  
 Non Hippocrene florea prata rigat.

## AD LAELIVM PASQUALINVM.



LALI superare aude celsi ardua  
 Pindi,  
 Carmen ubi egregia texuit arte  
 Maro;  
 Ecce iter ut durum tibi plectro & voce  
 canora  
 Molliat: Aonidum iam chorus omnis adest:  
 Teq̄ vocat montis de vertice Cynthus alto:  
 Nec mirum: similes diligit ille sui.

k 2

Non

*Non mentum iuvenile tegit tibi barba, nec illi,  
Nec magis illius quam tua forma nitet:  
Nunc illi es similis; sed cum te fronde lyrae  
Ipse sua ornabit Cynthius, alter eris.*

## AD CARDINALEM PASQVAM.



*ELIX qui potuit Natura discere leges,  
Immensumq; vagi nascere solis iter:  
At longe ante alios felix, qui colligit alto  
Missa Polo, e sacris aurea dona libris.  
Sed te Pasqua nequit dici felicior alter,  
Qui vi diuina mentis utrumq; facis.*

## AD VINCENTIVM IVSTINIANVM

## CARDINALEM.



*VINCENTI, egregio sic enitet aurea virtus  
Ore tuo, ut puro lucida gemma vitro;  
Nec fucis aut maculis aspersa apparuit um-  
quam,  
Ceu Sol qui nitidum fert sine nube diem:  
Quaeq; vigil flectis diuina lumina mentis,  
Illa tibi semper prauia monstrat iter;  
Perge viam, non te sortis, super aetheris oras  
Nunc rota, sed virtus te tua sola vehit.*

A D

## A D ROMAM

DE DRACONE QUI EST INSIGNE  
GREGORII XIII. PONT. MAX.

*E timeas, quaeso, qui fert, insigne Dra-  
conem,  
Nam pia fers saeuam tu quoque Roma  
Lupam.  
Non hic poma Draco Hesperidum seruabat in hortis,  
Qui sibi commissum seruat in Urbe gregem:  
Abstulit Alcides illi mala aurea victo,  
Auferet huic nemo fraude vel ense pecus.*

## A D E A N D E M.



*V R toties mirare feri rabida ora Dra-  
conis?  
Pone metum, et merito tolle superba ca-  
put.  
Non te fraude petet, non te petet ille veneno,  
Virus enim totum cauda recisa tenet:  
At sacras seruabit oues, ita truncus ab alto  
Decidit, ut solo terreat ore lupos.*

A D

AD GREGORIVM DECIMVM TERTIVM  
PONTIFICEM MAXIMVM.



**S**ANCTE Pater, totum qui Solis more per  
Orbem

Fers mentem, ut melius luceat alma fides,  
Quiq; senex, Euro pelagus turbante laboras  
Ut teneat portum credita Cymba tibi;  
Te decet interdum, magnis ut pectora curis  
Exoneret, hilarem sumere rure diem,  
Obruitur nostra ingenti mens pondere rerum,  
Ni graue non numquam fessa reponat onus.  
Ipse etiam requiem cepit, cui sidera parent,  
Cum non humana condidit artis opus.

DE DRACONE QUI EST INSIGNE  
GREGORII XIII. PONT. MAX.

posito in vertice Molis Adriani.

**P**ASTOR ut insomnis, dum tondent valli-  
bus imis  
Gramina, de montis vertice seruat oues,  
Ne Lupus imbelles sternat, neu callidus illas  
Fur queat occulta surripuisse manu,

Sic

Sic Draco ab excelsa Christi pecus aspicit arce,  
Et procul hinc fures terret & ore lupos,  
Nontamen, o Reges, vobis hoc tempore inertem  
Ducere fas somnum, sit licet ille vigil.  
Vos quoque Pastores fecit, qui condidit Orbem:  
Ergo sui vobis sit quoque cura gregis.

IN INVIDVM.

**S**I quis Romana me furtim mordet in aula  
Invidus, & ficta se mihi frontetegit,  
Detegat o potius qua condit mente, palamq;  
Euomat in nostrum tatra venena caput.  
Spicula nil curo lingua mihi nota maligna,  
Sed metuo ignotis spicula tincta dolis:  
Nauita sic scopulos temnit, quos prospicit alto;  
Qua caco latitant gurgite, saxa timet.

IN MORDACEM.

**V**, qui Casareum nimis audax carmine  
mordes,  
Hinc fuge, & ignoto te celer abde loco:  
Nam, si forte tuum nomen quis deteget, actum est:  
Seruare haud poterit te miserum ipsa Salus.  
Talia non fuerant quondam Demosthenis arma,  
Qualia Casarei spicula vatis erunt;

Nec

*Nec sic Archilochus spretus vibrabat iambos,  
 Maior in Enceladum nec fuit ira Iouis,  
 Fulminat hic numeris, nec non sermone soluto,  
 Fulminat hic oculis laesus, et ore tonat.*

**V**RCA ferox quid bella moues? iam Caesaris  
 armis

*Sub iuga, praedico, colla superba dabis.  
 In Reges habet inuictus Ioue Caesar ab ipso  
 Imperium, in volucres ut Iouis ales habet.*

## A D L I G V R E S .



LLVSTRES anima Ligurum, quas  
 Martia virtus

*Nota mari et terra, sidera ad alta  
 tulit,*

*Quaeque sacrum Musis potuistis scande-  
 re montem,*

*Et celeri immensum currere mente polum;  
 Vestra Ligur chartis intexuit aetza Latinis,  
 Et vigil aeternum reddidit autor opus:  
 Sic docti artificis gemmas manus inserit auro,  
 Atque illis ingens adicit arte decus:  
 Quo cinem patria ergo suum celebrabit honore?  
 Qui vetat illius splendida facta mori?*

DE

DE CENTONE LAELII CAPILVPI  
EX VIRGILIO.

In fontem IVLII TERTII PONT. MAX.



IRGILIUS cecinit diuini raris honores,  
 Et sacri fontis murmur fule tui.

*Nulla fugit tam dulce sonans pede lympba  
 per herbas,*

*Non vsquam floret tam bene cultus ager:  
 Hac igitur merito celebravit Musa Maronis,  
 Non alio poterant dulcius ore cani.*

## DE FONTE IVLII TERTII

PONT. MAX.



Fortunate volucres, quae raris ameni  
 Dum canitis laudes, garrula lympba  
 salit:

*O fortunati pisces, qui murmure sylua  
 Dum resonat, sacro ducitis amne  
 choros;*

*Inuideo vobis; securum degitis auum,  
 Insidias vobis non struit ulla manus:  
 Hic utinam, vel auis vos inter dicere carmen  
 Possem ego, vel piscis ludere mutus aqua.*

L

A D

## AD CARDINALEM CORNELIVM.

6639  
6690



CORNELI, superant dulci tua dona  
sapore,  
Condita in Hyblais dulcia mella fauis.  
Hæc tibi gustavit summis mea Musa  
labellis,

Dulcius effudit quam prius ore modos.  
Quas igitur grates referam tibi carmine? nobis  
Si tua sunt tanti munera causa boni.

## AD VESPASIANVM GONZAGAM.

6639  
6690



VM rigidos Gonzaga situs piger exedit  
enses,

Et medio Europa Pax viget alma finis;  
Illa tui virtus animi qua cognita bello est  
Sapius, obscura condita nocte latet:  
Nunc igitur, Phœbi cum sis ut Martia alumnus,  
Ingenio dignum pange poema tuo:  
Non magis inuicti celebrantur Caesaris acta,  
Quam patrij vatis carmina Virgilij.

E R I-



RIDANÈ, in sanis cum tollis cornua ab undis  
Aggerèq; abrupto per sata flectis iter,  
Ne ponas, precor, in nostris vestigia tectis,  
Tam valido timeo ne pede pressa ruant:  
Nec fluuios, quos tu gremio pater accipis amplo,  
Currere precipites in mea rura sinas;  
Hos potes imperio premere et frenare furentes,  
Italia fluuij sub tua iura fluunt.  
Pro meritis tantis tibi victima sacra quotannis  
Purpureo frontem florere iuncta cadet.

## IN FONTEM CARD. MADRVTII.

6639  
6690



Piæta volucres, latos date gutture cantus,  
Madrutij vobis munere parta quies.  
Retibus haud cinxit nemus, ut vos im-  
plicet illis,  
Sed vos ut tutas reddat ab insidijs.  
Jam vos non laqueis, non visco decipit auceps,  
Nec tela in vestrum dirigit ulla caput.  
Nec laniare potest vos duro miluus ungue,  
In vos imperium nec Iouis ales habet.  
Laudibus hunc igitur, qui vobis otia fecit,  
Tollite, et hæc varijs dicite rura modis.

L 2

I S T E R

**S**TER in Euxinum qui magnis flexibus aquor  
 Tendis, & inuicti Caesaris arma uehis.  
 Tolle caput, tibi iam Tigris, tibi Nilus, & Indus,  
 Seruiet, & Tanais sub tua iura fluet,  
 Ecce feros solo aspectu iam disijcit hostes,  
 Caesar, ut imbelles regius ales aues.

## AD AMICVM.

**T**ua libauit que sunt suauissima uina,  
 Hos cecini versus, carmina Bacchus amat;  
 Uina placent senibus, nec spernunt uina Poetae,  
 Grata mihi uati grata fuere seni.  
 Claude igitur cellam, famuli ne forte reclusis  
 Postibus, iniiciant in bona uina manus:  
 Non hac conueniunt famulorum uina palato,  
 Uates atque senes talia uina decent.

## AD IULIUM TERTIUM

PONT. MAX.

**S**ANCHE Pater summos cui Rex largi-  
 tur honores,  
 Qui solus terras, & supera alta regit:  
 Fluctibus ò quantis agitur tibi credita  
 nauis,  
 O quanta est rabies quanta procella maris.

Sed

Sed licet irato Nereus fremat aquore toto,  
 Illa tamen tutum te duce currit iter:  
 Nec minus interea Europa Mars omnibus oris  
 Seuit, & huc illuc impius ense ruit.  
 Roma tamen solio sedet imperterrita in alto,  
 Atque tua merito freta superbit ope:  
 Ast alia nostris non longe à sedibus urbes  
 Dant gemitum, proprio sanguine purpurea:  
 Aspice ut Eridanus nostro lauet arua cuore,  
 Voluat & Arnus aquis membra recisa uirum;  
 Sancte Pater precor Italia miserere ruentis,  
 His dabitur requies te sine nulla malis:  
 Affer opem, tibi siderei Regnator Olympi  
 Mentem hominum dictis flectere posse dedit:  
 Ipse tibi regnum Reges permisit in ipsos,  
 Et uoluit mensis accubuisse suis:  
 Quis monitis iussis ue tuis parere negabit?  
 Quis ue tuas facili non bibet aure preces?  
 Fac positis tandem Reges crudelibus armis  
 Se iungant uincolo dulcis amicitia.  
 Sit et tanta tenet bellandi Henrice cupido,  
 Teq; Philippe iuuat praelia dura pati.  
 Vos ambo unanimes ueluti duo fulmina Martis  
 Sternite Thrsicium Marte fauente ducem;  
 Ille uelut serpens, in nos ardentia torquet  
 Lumina, & afflatu nos graue olente necat.

Et

Et passim inspirat campis impune venenum,  
 Atque noua rursus cade cruentus adest.  
 Auditis? prope nos atro iam sibilat ore,  
 Letaliq; sono territat Italiam.  
 Vos tandem capite arma manu, duce et auspice Iulo,  
 Vestros antepedes vipera uicta cadet.  
 Sic late imperium extremas protendite in oras,  
 Quà resonat Ganges, quà salis unda rubet.  
 Tunc Gallus cantu, et prepes Iouis armiger ales  
 Ornatos spolijs vos super astra ferent:  
 Tunc doctus vos Vida canet, cui pulcher Apollo  
 Ipse suam meritò donat habere lyram:  
 Mox dicet grauiore sono, ut pater ipse cadenti  
 Italia tulerit Iulius auxilium;  
 Utq; senex solusq; notis turbantibus aquor  
 Quassatam mira rexerit arte ratem.

## AD BASILIVM ZANCHVM.

 IM licet assidue ferrato carcere clausus,  
 Transilit aratas mens mea saepe fores:  
 Atque mare immensum et terras circumuo-  
 lat omnes  
 Libera, caelestes itq; reditq; vias.  
 Hac ego te absentem complector, candide amice,  
 Hac ego saepe tuis perfruo alloquijs:

Affixusq;

Affixusq; tuolateri per amœna locorum,  
 Incedo, Phœbus quàm tibi monstrat iter:  
 Non hic sunt lacrymæ, aut gemitus, non nubilis aer.  
 Nec Notus immiti turbine perflat humum:  
 Sed cithara et cantu resonans micat aureus ather.  
 Mulcet odoratas et leuis aurarosas:  
 Hic ego permistus Musis noua carmina canto,  
 Carmina, quæ donat Calliopea mihi.  
 O Musa, colui magno vos semper honore,  
 Post hac maiori semper honore colam:  
 Vos mihi mordaces lenitis carmine curas,  
 Et penitus toto vellitis ex animo:  
 Vos è Castalio sinitis me fonte liquores  
 Sumere, et Ascræum me quoque inire nemus.  
 Per vos nunc latus vimo, vix credere dignum est,  
 Me placidè in turpi viuere posse situ:  
 Credideris tu, Zanche, tamen, qui paupere tecto  
 Colligis e Musis gaudia tanta tuis:  
 Nam, veluti per prata nouos metit undiq; flores  
 Lata apis, et mira construit arte fauos,  
 Sic alacer studio inuigilat, atq; aurea vatum  
 Passim dilata legens, nobile textis opus.  
 Et, quamuis te pauperies angusta fatiget,  
 Et premat immeritò, fers graue latius onus.  
 Egregièq; operis miro succensus amore,  
 Diuitias spernis, quas rude vulgus amat.

Et

*Et tibi quaris opes, quas non oboleuerit atas,  
 Non Mars, non ignis, non rapidi vnda freti.  
 Quin potius frueris magno sudore paratis,  
 Nam Sophia est hortis iam tibi parta quies:  
 Sis felix nostriq; memor, tua maxima virtus  
 Non umquam nostro defluet ex animo.*

AD PHILIPPVM HISPANIAE REGEM.



**D**UM bello petis audaces interritus  
 hostes,  
 Parte tibi ex omni prospera signa  
 fauent;  
 Hinc volitat plaudens rutilis victo-  
 ria pennis,  
 Incinxit merita qua tibi fronde comas;  
 Hinc ales louis atq; eadem tualapsa sereno  
 Æthere, te tutas edocet ire vias;  
 Et te cade noua iam iam spolijsq; superbum.  
 Innumera lata voce sequuntur aues.  
 Et fors magna tua virtuti adiuncta Philippe  
 Te gestit rursus ferre benigna sinu:  
 Perge igitur, tibi se validus licet inferat hostis;  
 Persusus proprio sanguine, ut ante cadet.

A D

AD SCIPIONEM GONZAGAM  
 QUI POSTEA CREATVS EST  
 CARDINALIS.



VM Patavi, studio Musarum incensus  
 ad urbem  
 Peruigilas noctes, peruigilasq; dies:  
 Hic ego formosi succensus ruris amore,  
 Noctes atque dies otia letus ago;  
 Tu rerum tentas naturam noscere, nullus  
 Quam penitus chartis explicuisse valet;  
 Ipse fruor donis, qua dat natura benigna,  
 Et larga nobis explicat vsque manu;  
 Usque manu larga nobis hic munera mille  
 Præbet, et innumeras prodiga fundit opes:  
 Illa tamen Gonzaga tibi quoque munera seruat  
 Qualia vix hortus præbuit Hesperidum:  
 Huc adsis, tibi non vna, non aurea mala,  
 Non deerunt plenis roscida mella fauis:  
 Hic hyacinthus hiat, hic lilia tempore florent  
 Alba suo, hic vernant mista ligustra rosis.  
 Et tenui resonant frondentes murmure sylua,  
 Et passim dulci voce queruntur aues:  
 Hic etiam lepores latitant saluuntq; per herbas,  
 Quos cane sectari fas tibi semper erit;  
 M Stagnaq;

Stagnat non absunt molli circumlita musco,  
 Hic poteris pisces fallere arundinibus:  
 Nec labyrinthus abest contextus flore virenti,  
 Cuius odor atas me iuuat ire vias;  
 Mille vijs fallor, tamen est gratissimus error,  
 Nam mihi per flexus semper it aura comes;  
 Nec procul à nostris fluviorum maximus aruis,  
 Eridanus liquidis in mare currit aquis.  
 Hic leuibus nautas Zephyris dare vela videbis,  
 Pronaq; remigejs sollicitare vada.  
 Iam venias, iam rumpe moras, huc te via ducet  
 Qua nulla in toto pulchrior orbe vires:  
 Illius omne solum stratum beneolentibus herbis  
 Integit umbriferis populus alta comis:  
 Si nos inuises, non te venisse pigebit,  
 Tempora (crede mihi) non tibi tarda fluent;  
 Nam si posthabitis interdum ruris amœni  
 Delitijs, libris inuigilare vales:  
 Non libri deerunt, nec qui per amœna locorum  
 Ad Sophiam ducant te breuiore via:  
 Hic Federicus, simul & Ferrarius adsunt,  
 Egregius tibi dux alter & alter erit:  
 Ille tibi mores natura ostendere, hic omnes  
 Metiri terras & supera alta potest.

Federi-  
 cus Pen-  
 datus  
 Mantua-  
 nus.

Ludoui-  
 cus Fer-  
 rarius  
 Bonon.



A D

AD CAMILLVM CAPILVPVM.  
 CAMILLI FRATRIS FILIVM.



ERNERE si posses virtutem cernis  
 ut Ægle,  
 Illius haud huius captus amore fores:  
 Nam nihil in terris virtute est pulchrius  
 ipsa,

Nil ipsa immensus dignius orbis habet;  
 Diuitias non illa cupit quas expetit Ægle,  
 Sed nos diuino munere sola beat:  
 Nam superum delapsa choris, nos tollit ad astra,  
 Ducit & ad summi regna beata Iouis.  
 Sic Theseus virtute duce, & qui contudit Hydram,  
 Atque alij mensis accubuerunt Deum;  
 Huc igitur male sane tuum iam transfer amorem,  
 O quanto est flammis dignior illa tuis.  
 Illi gratus eris, non te formosior alter,  
 Formosis virtus pulchra fauere solet:  
 Huc aciem precor ingenij iam flecte Camille,  
 Sic fas est homini posse videre Deam.  
 Quam simul ac cernes, totus flagrabis amore,  
 Et dices, Ægle mi modo cara vale.

M 2 A D

## AD CONDISALVVM PEREN.



**C**ONDISALVE licet non sis mihi cognitus  
 vsq̄,  
 Nec facies cupido sit tua nota mihi:  
 Nota tamen virtus tua me tibi fecit ami-  
 cum,

Et me perpetuo iunxit amore tibi;  
 Hos igitur versus cape nostra pignora mentis,  
 Quos me virtutis scribere cogit amor:  
 Nec tibi sit mirum me caco carcere clausum  
 Carmina non tristi texere posse manu:  
 Conscia mens recti nullo turbata timore est,  
 Cura meum circa non volat atra caput!  
 Jure ego te admiror tantarum pondera rerum  
 Et ferre, et studiis inuigilare sacris:  
 Sunt sacri vates, quorum dulcedine captus,  
 Inter tot curas otia latus agis:  
 O te felicem, cui magni arcana Philippi,  
 Pieridumq̄ nemus cunctaq̄ sacra patent;  
 Ille suos aperit sensus tibi pectoris omnes,  
 Hæ referant fontes quos bibit antè Maro:  
 Quos bibit et doctus quem tu veneraris Homerus,  
 Cuius musa tuo dulcis in ore sonat;

Cum

Cum te igitur tam Phœbus amet, doctaq̄ sorores,  
 Cur retices Regis splendida facta tui?  
 Certatim tibi distabunt noua carmina Muse,  
 Donabit q̄ suam Cynthia ipse lyram:  
 Nec te deficiet vel vox vel copia rerum,  
 Materia est certe viribus æqua tuis:  
 Ille ubi commissas regnorum accepit habenas,  
 Quas dedit et rexit peruigil antè pater,  
 Protinus à summo pacem reuocauit Olympo,  
 Et requiem nostris attulit ipse malis:  
 Orbeq̄ pacato meritos largè auget honore,  
 Et cumulat donis diuitijsq̄ beat:  
 Sic Iuuenis propria certat virtute parenti,  
 Quo nihil in toto clarius orbe nitet;  
 Hæc et plura tuis debes intexere chartis,  
 Cui dedit Ascræum Phœbus inire nemus:  
 Ergo tot egregias aude percurrere laudes,  
 Ipsa dabit faciles Principis aura vias.

## AD ROMAM.

**S**ALVE ROMA Pij magnis decorata  
 triumphis,  
 Illius et larga facta beata manu.  
 Nunc merito caput extollis, modò mœni-  
 bus aucta,  
 Tutaq̄ et egregijs conspicienda vijs;

Et

Et meritò iactas educta Palatia calo,  
 Et nuper miris structa theatra modis:  
 Hæc centum cumulata bonis ad sidera surgunt,  
 Diuitijsq; nouis iure superba nitent:  
 Hinc atque hinc statua, positaq; in fronte columna,  
 Quæis magis haud vsquam lucida gemma micat;  
 Hic quoque peruisgili quondam seruata dracone  
 Aurea dat nobis mala beatus ager;  
 Et totus uixet absidue florentibus herbis,  
 Semper & Arabio fragrat odore locus;  
 Hic etiam volucrum cantus potes aure canoros  
 Haurire, & vitreo pellere fonte sitim.  
 Pulchrius hoc pulchro aspectu nil vidimus umquam,  
 Non Sol, qui lustrat lumine cuncta suo:  
 Non illis certare ausint opera vlla priorum,  
 Artificum, doctæ quæ posuere manus:  
 Salue Roma iterum iam te formosior ipsa,  
 Posses utinam laudes concinuisse tuas:  
 Sed quis tanta canet decori decora addita prisco?  
 Carmine quis dicet tot benefacta Pij?  
 Quis dignè poterit Diuum surgentia templa?  
 Monteq; deductas scribere fontis aquas?  
 Quis ve Pij magni dictam de nomine portam?  
 Formoso qua nos excipit ampla sinu:  
 Quis referet, tota ut fuluo lita fulgeat auro  
 Regia? & ornatus explicet aula suos?

Ille

Illa mihi ostentat distinctos marmore mitros,  
 Quod nobis quondam Gracia victa dedit;  
 Nostraq; non vanis picturis lumina pascit,  
 Dum nos picta patrum splendida facta docet:  
 Hoc Reges mirantur opus, qui numine sancto  
 Huc ducti, sacris oscula dant pedibus.  
 Roma tibi Aegypti cedant miracula, & urbis,  
 Quæ stat in Adriaco tam veneranda mari:  
 Nec certent, quæ nauta nouo rate vectus ab Orbe,  
 Ante focum uxori (nocte silente) refert:  
 Stes utinam eternum, et multos Pater optimus annos  
 Ut facit, egregia te Pius arte regat.



AD IOANNEM MARICVM.



IRTVTIS decus Hispania sate gente  
 Marica,  
 Cui tandem assidua est parca labore  
 quies,  
 Seu placidam deges vitam prope flumina Rheni,  
 Seu magis auriferi quæ fugit vnda Tagi,  
 Sis felix; & cura tibi sit parvula nostri,  
 Non peto nos inter mutuus adsit amor:  
 Te licet vnice amem, quis te non vnice amaret?  
 Mi satis interdum te meminisse mei.

Contra

Contra ego sine colam Tybris quam perfluit urbem;  
 Seu quam per spicua Mincius ambit aqua:  
 Carmine te semper celebrabo, semper honore,  
 Presentisq; mihi numinis instar eris.

## VITA SENIS.

**V**ITA senis, bene culta domus, bene cultus agellus,  
 Paruaq; odorato cella repleta mero;  
 Nec tenui in mensa iucundus desit amicus,  
 Qui simul ad calum tempora prisca ferat;  
 Huic etiam sopor interdum, lepidusq; libellus.  
 Sit comes, in scamno dum sedet ante focum,  
 Stetq; nepos hilaris gremio, et det mollia collo  
 Brachia, et annosis oscula mille genis:  
 Lectulus et somnos inuitet nocte salubres,  
 Et veniente die dulce querantur aues:  
 At vigil hinc cura, et lateris dolor absit acutus,  
 Nec tentet vetulos tarda podagra pedes.  
 Mens vigeat semper non ulli obnoxia fraudi,  
 Floreat et firmo pectore sancta fides.  
 Si bona tanta seni tribuet qui temperat orbem,  
 Regis honos illi despiciendus erit.

## I D E M.

**S**IT mihi qua niteat domus, et qui floreat hortus,  
 Conditaq; exiguis vina falerna cadis;

Et

Et dape non empti mecum contentus amicus,  
 Laudibus extollat facta vetusta senex:  
 Lumina non numquam condant mihi somnus ad ignem,  
 Dum verso patrij nobile vatis opus;  
 Inq; sinu ludens, teneris mihi colla lacertis  
 Implicet, et libet paruulus ora nepos:  
 Detq; mihi quietem nocturnis lectulus horis,  
 Et volucris latos Sole oriente modos:  
 Hinc fugiat morbus nulla sanabilis arte,  
 Sit dolor hinc lateris, sit quoque cura procul:  
 Nec mihi mens umquam languescat conscia recti,  
 Uuat et aeternum firmior alma Fides.  
 Si tot dona seni dederit mihi rector Olympi,  
 Optanda magni non mihi Regis opes.

**V**ITA senis, redolens hortus, iucundus amicus,  
 Dulce merum, mollis lectulus, alma Fides.

**V**ITA senis, libri, domus, hortus, lectus, amicus,  
 Vina, nepos ignis, mens, auis, alma Fides.

## AD ROCCVM CATANEVM.

**N**SONTES pueros cecini sermone Latino,  
 Certa quibus proprio est sanguine parta quies;  
 Hos etiam patrio placuit mihi dicere versu,  
 Vt laus illorum plura per ora valet:

N

Hac

*Hæc dat habere tibi Capilupus carmina Rocche,  
 Accipias, nostri pignus amoris erunt;  
 Sed fac participem quoque muneris huius Julum,  
 Quem precor ut tecum sit memor usque mei,  
 Dumq; tibi minuit curas cantuq; lyraq;  
 Dic etiam nostros concinat ore modos:  
 Voce potest dulci nostris decus addere Musis,  
 Non illo volucris dulcius vlla canit.*

AD ANTONIVM IANNOTTVM  
 EPISCOPVM FORLIVIEN.



*ANNOTTE nullus quo mihi iucundior,  
 Qui temperare acerbitatem temporum  
 Tuo lepore et suauitate es efficax,  
 Fixasq; curas mente amici auellere,  
 Iam mereuisse; quid moraris amplius?*

*Sicca recessit stella iam Canicula,  
 Et blanda mordent leniter nos frigora,  
 Nec puluere vlllo sordida aut luto est via,  
 At pulchra et ampla, parsq; adhuc virentibus  
 Oblecta quercus hic et illic frondibus,  
 Nec obstat ipse cui libens obtemperas  
 Julus orbis lumen, atque orbis decus,  
 Quin te relaxes occupationibus,  
 Vt nostri amoris perfruamur fructibus.*

Julius de  
 Ruuere  
 Card. Vr  
 bini.

Ni

*Ni mereuises, iam furentem senties,  
 Passim et replentem voce campos horrida  
 Velut leonem; qui catello mitior  
 Ludit Pisauri cum puerulis, et silet,  
 Vincisq; liber ferreis et carcere  
 Non figit vllum dente duro aut unguibus,  
 At derelictus solus à turba fremit,  
 Caudaq; terram sapius ferit ferox,  
 Irarum et astu concitatus perfurit.  
 Amariorem non senectus me facit,  
 At ipsa solitudo, qua nil tristius  
 Effudit vna, qua intulit mortalibus,  
 Quicumq; tentant nostra morbos corpora:  
 Hic elegantes sint licet multi viri,  
 Et literati et pradii virtutibus,  
 Queis cum libenter temporis partem tero  
 Sermone dulci, non tamen sic intimus  
 Nobis eorum quisquam, ut illi credere  
 Alta latentes mente sensus audeam:  
 Hoc esse videor mancus, et solus mihi;  
 At arcta nostri sic amoris vincula,  
 Quæ nos peractis quinq; lustris vincunt,  
 Tuiq; mores sic meis consentiunt,  
 Vt vnus ipse turba mi sis maxima,  
 Vitamq; tecum dulce sit traducere,  
 Tibiq; nostro corde pressa pandere.*

N 2

Quid

Quid in secundis est amico suavius?  
 Qui cum iocari, & perfrui possis bonis:  
 Quid rebus illo in asperis optatius?  
 Qui aequè dolendo te dolentem leniat,  
 Tibiq; curas comitate exbauriat?  
 Exoptet alius plena farris horrea,  
 Et mille septus ambulet clientibus,  
 Magnisq; rerum copijs circumfluat.  
 Auro & smaragdis impeditus tempora,  
 In nocte tecum sit mihi fas viuere,  
 Seu rure, lato in otio, seu turbidos  
 Inter tumultus urbis, in negotijs.  
 Vbiq; nobis suauitatis plurimum  
 Affert vetustas nostri amoris mutui,  
 Et acta vita puriter procul dolis,  
 Et vsque risus parte ab omni querimus  
 Iocis seuera condientes & sales,  
 Nouiq; semper causa nobis gaudij est  
 Rerum memoria, quas simul tractauimus,  
 Nec non laborum, quos simul subiuiimus  
 Lactati ab aula sepe nigro turbine,  
 Dum vecti eadem puppe in altum tendimus.

AD IOANNEM FRANCISCVM PASQUALINVM.



MICE candidè & mihi carissime,  
 Quem sum fidelem expertus in periculis,  
 Meisq;

Meisq; rebus prosperis dulcissimum,  
 Mihi videris omnibus beator.  
 Quicumq; in urbe Pasqualine viuimus,  
 Prasens & acta vita cognita est tua.  
 Tuiq; sensus non mihi reconditi,  
 Vixisti honestis semper in negotijs,  
 Prudens apertusq;, ut virum probum decet,  
 Nec ulli acerbus, aut molestus, aut grauis,  
 At nunc solutus omnibus curis, tibi  
 Viuis, nec aurum te aut honores detinent,  
 Quos obtulere sponte amici & sepius:  
 Quin destinatum persequaris otium,  
 Rectè beatum parte ab omni te puto,  
 Nam mortis inclementia non immemor  
 Qua dura nos vel oscitantes opprimit,  
 Frano & catena spiritum domas tuum,  
 Nec ampliare rem laboras amplius:  
 Sed quod parasti eo libenter uteris,  
 Non te catinum lucidum, magis vitro,  
 Salis ve puri pulchra concha deficit,  
 Nec te minister, qui salubres colligat  
 Herbas, & arte non sueta condiat;  
 Tibiq; mensa strata semper floribus  
 Ridet nitetq;, ut prata verno tempore,  
 Factatq; odores hinc & hinc suauissimos:  
 Nec vina desunt poculis spumantibus:

Qua

Qua lassa possunt recreare corpora,  
 Abest nec hœdus, nec canistra dulcibus  
 Repleta pomis, qua dat arbor fertilis.  
 Hoc apparatus sœpe amicos accipis,  
 Quorum lepore captus obliuisceris  
 Quacumq; nobis vita fert incommoda.  
 Nec aqua mens in asperis rebus tibi  
 Nec deest secundis, hac quietis est caput,  
 Hac te beatis Regibus parem facit,  
 Tu semper idem, siue te furentibus  
 Impelli ab Euris, huc est illuc cernimus,  
 Seu tutum ab atro turbine, eunum degere.

## AD FEDERICVM PENDASIVM.

**P**ENDASI amicis omnibus carissime  
 Quid usque libris inuolutus, nunc agis?  
 Causas ne rerum in lucē clara collocas  
 Scriptis? opaca nube nobis abditas?  
 An sidera extra mente tendis altius  
 Scrutans sacrata peruigil volumina?  
 Mihi relatum est te polire pumice  
 Quendam libellum, quem diebus proximis  
 Fecisti est arte est ingeni vi maxima.  
 Mirum nec ulli, nam perennas euomat  
 Cur Aetna flammās noscis, est quo fulmina  
 Pacto creata ex arce cali decidant,

Et

Et unde flabris vexet Auster aquora,  
 Suisq; Pontus sinibus non exeat;  
 Nec quidquam in atra condidit caligine  
 Natura rerum, quintibi sit cognitum,  
 Possisq; verbis explicare candidis,  
 Seu vis Latinis siue maui patrijs.  
 His te decorum est præditum virtutibus  
 Mirantur omnes, est beatum existimant.  
 At mi uideris esse Diuis proximus,  
 Chorisq; eorum iure dignus inferi,  
 Quod nullus auri pondere aut honoribus  
 A recto est aequote potest deducere,  
 Quod tu timore mortis, ipso à tramite  
 Virtutis umquam non recedis amius,  
 Quod omnibus sis dulcis, atque amabilis  
 Tuo lepore est comitate est moribus.  
 Hac illa virtus, qua me amicum reddidit  
 Tibi, facitq; ut unice te diligam,  
 Optemq; tecum viuere ut tua fruam  
 Mentis nitore, est aureis sententijs,  
 Quas fundis ore, in quo repleta floribus  
 Puroq; rore mella construunt apes.  
 O me beatum, si mihi fas lenter  
 Quod restat aui tecum amice degere  
 Sed ipsa quando nunc meis necessitas  
 Aduersa votis me tenet, quin aduolem,

Ad

Ad te repente, sis mei non immemor,  
 Mibiq. amore (quod facis) respondeas;  
 Viuasq. felix cum tuorum copia  
 Librorum amicos qui tibi sunt optimi.  
 Tuisq. saepe me reuisas litteris,  
 Quibus mihi esse nil potest iucundius.

## AD BERNARDINVM TILESIVM.

 **V**ID rerum (mibi dic) geris Tilest?  
 Dum terras Canis astifer perurit,  
 Natura ne etiam vias latentes,  
 Ut mos est tuus, impiger requiris?  
 Et charta simul explicas perenni?  
 Quid noster quoque Gallus patronus  
 Agat, dic precor? an ne onus reponit,  
 Interdum grauium negotiorum?  
 E longo ut recreet labore mentem,  
 Dulci et colloquio tuo fruatur?  
 Ego his temporibus meridianis  
 Si librum capio manu, repente  
 Somnus me capit, et premit labantem,  
 Nostrisq. e digitis cadit libellus,  
 Tunc desiderio tui laboro  
 Et Galli, mihi qui haeret in medullis,  
 Queis cum contererem Caniculaq.  
 Horas, et reliquum libenter aui,

Quod

Quod tres mi veteres dabunt sorores,  
 Tunc ioci et grauitas, facetiag.  
 Vestra se obijciunt mihi, et lepores,  
 Quorum participem tuis tabellis  
 Quaso me facias: statim rependam  
 Nostris versiculis tibi laborem.

## AD EVNDEM.

 **V**AMVIS laceffam plurimis te epistolis,  
 Mittamq. pignus nostri amoris carmina,  
 Tamen remittis litteras nullas mihi,  
 Tuo nec ullus me salutatur nomine.  
 Quid hoc sibi vult (dic mihi) silentium?  
 Calor ne pigrum te Leonis feruidi,  
 Et Sirij aestus oscitantem reddidit?  
 An te in paternam contulisti villulam?  
 Vt acquiescas in tuorum amplexibus,  
 Quo peruenire, qui tabellas afferunt,  
 Et diligentes, et fideles nesciunt?  
 An quaris usque et usque rerum absconditas  
 Causas tenebris perspicaci acumine?  
 Tibiq. nullam das quietem, insaniens  
 Amore laudis, atque amiculi immemor,  
 Quo cum libenter dicat abas viuere?  
 Tuo ne nostri decidere pectore  
 Joci, salesq. et ambulatiuncula

O

Latiq.

Latiq; risus? queis solèbas perfrui,  
 Libris remittens nuntium, & negotijs.  
 Virtus; resulges qua, velut Sol aureus,  
 Quam non vetustas ipsa non obliuio.  
 Delebit umquam, mente nostra permanet  
 Reposta, & imis in mèdullis insidet.  
 Quid ergo mirum? cum mihi sis cognitus,  
 Nec te sit ullus carior, nec dulcior,  
 Si nunc laboro scire, quid rerum geras.  
 Nos inter æquus constitutus arbiter  
 Me posse iure flagitare litteras  
 A te Tilesti sentiet, quarum (precor)  
 Fac crebritate tarditatem sarcias,  
 Seu Græca versas peruigil volumina,  
 Seu te à labore seuocat canicula,  
 Captasq; frigus ad sacri fontis caput:  
 Seu te lepore & temperatis moribus  
 Suis benignus Gallius Roma tenet,  
 Cui dic salutem plurimam verbis meis.

## AD LAELIVM ARRIGONIVM.

 ÆLI, te video Terenti amore  
 Captum, nec potes id mihi negare,  
 Nobis indicio est, quod usque & usque  
 Illum tu manibus tenes, nec umquam  
 Declinas oculos tuos ab illo,

Nec

Nec mirum tamen hoc mihi videtur.  
 Non alter magis elegans poeta,  
 Non alter magis est repletus arte.  
 Illius fluit ore dulce nectar,  
 Ut rorem è teneris apis recentem  
 Herbis manè legit, fauosq; fingit;  
 Sic flores sibi capit hic Latina  
 Lingua, sit licet Afer, & libellum  
 His spargit, vario & colore pingit.  
 Musa non aliter nouem loquuntur,  
 Cum laudes celebrant Iouis parentis:  
 Qui linguam Latiam auxit, & poliuit,  
 Facundis sinu omnium patronus  
 Fabellas vocat huius elegantes,  
 Et magnam hinc sibi sæpe promit artem:  
 Ergo tu meritò tui Terenti  
 Libellum lepidum sinuq; & ore  
 Noctes atque dies habes amator;  
 Non tamen potis hunc amare solus:  
 Est bellus nimis, & nimis politus,  
 Riuales mihi crede mille habebis:  
 Hos inter, precor, ut feras amicum.

## AD PETRVM MARIAM CARISSIMVM.

 VANDO reuisam te, tuoq; perfruar  
 Presens amore, amice candidissime?

Quo nemo nobis carior, nec suavior,  
 Tu lenis es, tu moribus facillimis,  
 Tu fronte, praefers corde sensus abditos,  
 Tibiq; in ore nuda semper veritas,  
 Et aequus à virtute numquam deficiis,  
 Sic omnium repente amorem colligis,  
 Sic iure nomen est tibi Carissimus,  
 Non ergo mirum, à me si amaris maxime,  
 Si te videndi ex aestuo cupidine,  
 Teq; osculandi, et amplius, si non queo  
 Carere nostris ambulatiunculis,  
 Quis inuidebant intimo reconditi  
 Nostri sodales angulo, quibus magis  
 Nulli fuere candidi, aut sunt, aut erunt.  
 O qua virorum copia elegantium,  
 Cum qua beati dulce ver traduximus  
 Aetatis, usque ad cana bruma tempora,  
 Quis Hercule ipso grauior, aut iucundior?  
 Illo quis imperauit umquam lenius?  
 Quis illo amicos auxit umquam largius  
 Honore, et opibus? sum ipse testis optimus,  
 In quem benignus multa dona contulit.  
 Quis Scipione integritate illustrior?  
 Quis illo acumine ingeni praestantior?  
 Quo iam peragrat alta cali sidera,  
 Sicut canorus tranat ales aethera,

Hercu-  
 les Gon-  
 zaga  
 Cardi-  
 nalis.

Scipio  
 Gonzaga.

Quis

Quis Federico doctior Pendasio?  
 Quem cariorum ut filium sinu fouet  
 Natura rerum, et cui recludit omnia  
 Nigris tenebris inuoluta, et consita.  
 Dicamq; nostrote, Ariuabene, carmine  
 Reges potentes, ut deorum nuntius,  
 Tu saepe adisti, et munere eloquentia  
 Traxisti in optimam tuam sententiam.  
 Nec te, Scarampe, praeteribo candide,  
 Virtutis in te vim videmus insitam;  
 Nam mente semper alta abhorres turpibus  
 Amore recti, non coactus legibus.  
 Nec te flebo, Gabriele optime,  
 Graecis, Latinisq; eruditum litteris  
 Fortuna et omnes preparatum ad exitus.  
 Meisq; te, Luzara, chartis inseram,  
 Qui sorte viuis suauiter latus tua,  
 Iustumq; rebus anteponis omnibus:  
 Hos inter ipse et tu beate viximus  
 Carissime, et iucunda vita obliuia  
 Qua plena curis semper est edacibus;  
 Libris, iocisq; et duximus facetijs.  
 At nunc, ab atra morte rupto vinculo,  
 Quod nos per annos iunxit una plurimos,  
 Ab altero alter segregati viuimus;  
 Nec quimus illa perfrui dulcedine,

Ioannes  
 Fraciscus  
 Ariuabe-  
 nus.

Anto-  
 nius Sca-  
 rampus  
 Episcopus  
 Nolanus.

Iulius Ga-  
 brieles.

Carolus  
 Luzara.

Hercule  
 Gonzaga  
 Cardina-  
 lis mor-  
 tuo.

Quam

Quam leto amici ex ore amicus percipit,  
 Hac ipse causa ad te celer contenderem,  
 Ut nostri amoris fructus esset dulcior,  
 Ni detinerer hic graui negotio.  
 Sed, te videndi quando nunc spe decidi  
 Crebris te amice promocabo epistolis,  
 Sitimq; coram te alloquendi leniam.  
 Tu me vicissim fac laceffas, et tuo  
 E corde numquam Capilupus effuat.

## AD PAVLLVM MANVTIVM.



ANAS, Manuti, iam senex receptui,  
 Librosq; amicos colligas tandem tuos;  
 Cumq; ijs paterna villula, optato in sinu,  
 Uxore casta, et filijs carissimis,  
 Saptus; perenni perfruare gloria,  
 Quam comparasti dulcibus laboribus  
 In officina, et arte Marci Tullyj,  
 Sermoneq; educatus et sententijs.  
 Tu de tenebris eruisti plurima  
 Confecta turpi iam situ volumina  
 Vatum priorum, et reddidisti pristinum  
 Illis nitorem pumice, et verum decus,  
 Quae mox, parentis optimi vestigia  
 Secutus, edidisti, ut ijs e fontibus

Pos-

Possimus omnes dicta prisco sumere,  
 Lepore tincta, haurire et artes aureas.  
 Hoc te liquore nutrierunt parvulum  
 Musa elegantes, nutriuntq; nunc senem:  
 Quo tu refertus melle dulci dulcius  
 Effingis, ore quod diserto concinis,  
 Chartis remandas: hac vetustas non teret,  
 Nec vincet umquam, signa quamuis anea  
 Effingat, et potentium palatia  
 Aequata calo diruens aquet solo.  
 Hoc es beatis Regibus beatior  
 Tui labores quod perire nno queunt,  
 Et, laude vulgus quidquid effert, negligis:  
 Nam, spreto honore vano, et auro, et omnibus,  
 Quaecumq; ab Indo huc nauta vexit diuite,  
 Iam conquiesces in tuorum amplexibus;  
 Paruoq; honestum rure duces otium,  
 Securus astuantis aulae fluctibus,  
 Tuaq; nobis otiosus intima  
 Quae sunt nitenti digniora purpura.  
 Ex arte promes usque et usque munera,  
 Eas beatus et mei semper memor,  
 Ut pars amoris aqua sit tecum mihi,  
 Tu namq; nostra mente numquam decides.



A D



URS ordo vitæ, quis status sit dulcior  
 Nobis sub astra spiritum ducentibus,  
 Pleriq; certant, & suam sententiam  
 Verbis & actis pertinaces comprobant.  
 Hic otiosus rure gaudet paruulo,  
 Et mane agellum & hortulum perambulat  
 Suo labore diligenter consitum,  
 Paruisq; fructus filijs, & coniugi  
 Lectos canistris, aut sinu portat domum,  
 Felixq; eorum viuit in complexibus.  
 At ille, honoris astuans cupidine,  
 Amat potentum tecta adire Principum,  
 Dulci nec umquam dat sopori lumina  
 Et sponte magnis se implicat negotijs;  
 Ut purpuratus sede in alta effulgeat.  
 Post solis ortum, suaue multis cernere  
 Magno volucrem ad astra gyro tendere  
 Rostro ferocem & ungue, mox cum miluio  
 Depraliari, vel repente ab athere  
 Stridente penna (ut fulgur) alto labier  
 Parere doctam sibilis & vocibus  
 Escisq; suetis, quas herus ei proijcit.  
 Hanc ille blanda voce dein lenit, sua

Laua

Laua sedentem, & mulcet vsque dextera  
 Caudamq; & alas, ut puellula comas,  
 Volucris impotenti amore perditus.  
 Nec deest Amica qui calore ferueat,  
 Et se beato proximum iuret fovi;  
 Dum sperat illam credulus suam fore,  
 Nec noscit artem Thaidis, nec lacrymas,  
 Quas ex ocellis exprimit vix pollice.  
 His illa ineptos, ut catenis, alligat  
 Astuta amantes, & misellos detinet  
 Vincos perenni seruitutis compede.  
 Multi per ampla puppe currunt aquora,  
 Et seuiantis negligunt Noti minas,  
 Ut aurum ab Indis ad paternos afferant  
 Lares, putantes nil prius pecunijs:  
 Quæ saepe causa sunt, ut atra nescij  
 Ex aureis venena sumant poculis.  
 Plerique findunt ima terra viscera  
 Duro ligone, ut inde marmor eruant,  
 Ex quo vetustus vicia duxit artifex  
 Ora, aut Minerua, aut Cypria, aut Cupidinis  
 Illisq; salsus sudor, & grauis labor  
 Suauis quiete, & otio est incundior.  
 Hic ficta signa ex ære, at ille suspicit  
 Pictas tabellas, quæ cadentes Icari  
 Pennas in aquor indicent, aut Herculem,

P

Cum

Cum fortis Hydram, vel Draconem contulit,  
 Misera in illis corde toto, et pectore,  
 Vultusq; fixus, fabulis se inanibus  
 Pascit, nec usquam existimat, quid pulchrius.  
 Alter senescit inuolutus litteris,  
 Seu terra Phœbi sit relecta lampade,  
 Seu noctis atra septa sit caligine,  
 Et mente quarit, cur profundi carula  
 Sibi statutis terminis non effluant.  
 Magnæq; nauta cur vago monstret viam,  
 Fleatq; numquam lumina à summo Polo,  
 Illius usque et usque amore insaniens.  
 Et Iris unde tot colores sumpserit,  
 Secum volutat, cum per auras regia  
 Junonis illam iussa ferre prospicit.  
 Miratur alter dicta Vatis aurea,  
 Quo se superba nostra iactat patria.  
 Nam, pace, (quaso) Homere, sit dictum tua,  
 Cunctis poetis arte pollens prestitit.  
 Est, qui periculis se libenter offerat,  
 Semperq; viuat Martis in laboribus,  
 Ut signa victor inter hostes explicet,  
 Et subiugatis iura ponat Thracibus,  
 Famaq; tangat orbis oras ultimas,  
 Vectus quadrigis dente textis Indico,  
 Et impeditus fronde crines Delphica.

Te

Te vero et arma, opusq; Martis nobile,  
 Et carmen aque te iuuans Apollinis,  
 Namq; utriusque in officina conteris,  
 Ludoq; partem non minorem temporis.  
 Equum furentem nunc habenis temperas,  
 Tardumq; sanis incitas calcaribus,  
 Nunc telo, et hasta, et ense fortis uteris,  
 Nunc cum peritis usu, et arte bellica,  
 Et saepe tecum, mente acuta differis,  
 Quo pacto ab hoste sint tuenda moenia,  
 Et instruenda sint Phalangis agmina.  
 Per saepe montis ire per cacumina  
 Dicata doctis te iuuat sororibus,  
 Vbi virentem sedula ille crinibus  
 Tuis coronam texuere iam diu.  
 Est saepe dulce Casaris volumina  
 Tibi, et disertis scripta Tulli euolueri;  
 Metiri et undas, quas habet Thetis sinu,  
 Iterq; solis, perspicaci acumine,  
 Et qua per alta tectæ cali argenteo  
 Cornu vagatur nocte, fratris amula.  
 Post hos labores omnium dulcissimos,  
 Magni reclusis postibus Palatii,  
 Serena amicos fronte semper excipis,  
 Præstasq; cunctis te patronum affabilem,  
 Et huic et illi auctoritate subuenis,

P 2

Largoq;

Largosq; donas indigentes munere  
 Hæc vita, quam IACOBE ducis, omnibus  
 In urbe rerum copijs circumfluens,  
 Eniq; flore sparsus ora, maximis  
 Tollenda certè ad astra celi est laudibus,  
 Et præferenda ceteris, me Iudice.

AD GREGORIVM XIII.

PONT. MAX.

**S**ANCTE PATER, qui, luce Dei per-  
 fusus, in alto  
 Stas solio, et nitido sol ut in axe, micas;  
 Non curru te dextra suo fortuna, nec aura  
 Principis, aut hominum sustulit ulla manus;  
 Sed tua te virtus ad summum euexit honorem,  
 Quiq; sacro ætherias indicat igne vias:  
 Sic quoque vir iustus quondam duce fretus eodem,  
 Est in flammiferis vectus ad astra rotis.

AD GREGORIVM XIII.

PONT. MAX.

**P**ATER BEATE, cui potestas omnium  
 Rerum sacrarum, à Rege Regum est cre-  
 dita  
 Cum sæpe tacitus ipse mecum cogito,  
 Quos

Quos tu labores mente solus perferas,  
 Dum lance iusta ponderas res publicas,  
 Totius orbis semper æquus arbiter,  
 Tua videtur nostra fors beatior,  
 Qui in urbe, quæ per te beata est, viuimus  
 Nobis met ipsis, omnibus curis procul.  
 Tu, siue Sol, seu Luna lucet, arduis  
 Semper laboras totus in negotijs.  
 Tu Pastor alto peruigil de culmine  
 Seruas ad vndam Tibridis sacras oues,  
 Per arua lata, dum vagantur, et metunt  
 Herbam virentem, et sæpe ab atris faucibus  
 Lupi rapacis cautus illas excutis.  
 Tutasq; reddis, lacrymans præ gaudio;  
 Adhuc pauore territas, ouilibus.  
 At quas acuto dente cernis faucias,  
 Non succo, et herba, non leuas radicibus  
 Tibi, sed arte tradita diuinitus.  
 Tu Reclor (Euro irato) in aspro gurgite  
 Solus, senexq;, fluctuantem dirigis  
 Petri Carinam, clauo inbarens pectore,  
 Sed mente tota fixus alto in sidere,  
 Quod luce longè ceteris præclarior  
 Viam salutis indicauit Regibus,  
 Qui thus Sabæum, et pondera auri, et lacrymas  
 Myrrhæ, tulere à Solis ortu supplices

Deo;

Deo, e papillis qui beata Virginis  
 Lac dulce labris hauriebat aureis.  
 Tu, qui per omnes orbis oras discipulis  
 Edicta ferri missa cali è vertice,  
 Mentis sequentum signa Christi Principum  
 Vincire sacri fœderis nexu studes,  
 Quorursus arma in Barbarum victricia,  
 Vertant feroces, ut leones in feras,  
 Eusq. classes classibus sic obruant;  
 Ut iacta ab alto saeva in illas fulmina,  
 Ne rursus Hydra, qua resecto corpore  
 Facet resurgens, virus in nos euomat.  
 Post tot vigilias lassus, & curas graues.  
 Interdum amœna rura si perambulas,  
 Ut mente fessa recreata, & anxia  
 Fronte explicata, deinde rerum pondera,  
 Tuumq. munus ferre possis fortior.  
 Cura repente te sequuntur, & caput  
 Circumvolantes dulce turbant otium.  
 Tum tu, salutis qui tua non consulis,  
 Sed Roma & orbis, huc recurris sedulus;  
 Ut attigisti villa aprica limina,  
 Præsensq. rebus fers opem labentibus,  
 Utq. Hadriano immota semper aquare  
 Cautes stat Euris hinc & hinc uentibus  
 Exposita, & altis verberata fluctibus,

Sic

Sic tu querellis pauperum, & negotijs  
 Regum potentum parte ab omni uigentibus  
 Firmus resistis, numquam ab illis obrutus;  
 Tot ipse rebus impeditus publicis,  
 Nec fecte ut Atlas pondus orbis sustinens  
 Cervice forti, at mentis alta uiribus,  
 Numquam salubri das quieti lumina;  
 Nec potes amicis, ut solebas, perfrui,  
 Queis nil hominibus est datum incundius.  
 At nos, amici qui fuimus olim tui,  
 Nunci iure serui, postquam es alta Pontifex  
 In sede uoce collocatus omnium,  
 Curis soluti Pasqualinus, atque ego,  
 Quietiore ducimus uitam tua.  
 Nos otiosi, quod tibi numquam euenit.  
 Incundi amici dulcibus sermonibus  
 Capti, dici saepe partem fallimus,  
 Et saepe mensa recreati in paruula,  
 Gallina, & ouo, & temperatis poculis,  
 Modohos, modo illos ambulatiunculis  
 Metimur hortos arte mira consitos.  
 Nec atra cura nos secuta, ab otio;  
 Nec à quiete nostra corda seuocat.  
 Senumq. prater morem ad astra hæc tempora  
 In qua senectus nostra nuper incidit,  
 Efferre nobis dulce summis laudibus.

Nam

Nam parta cunctis est tuis sudoribus  
 Quies perennis. Quis labores Hercules  
 Non comparandi, quos poeta concinunt.  
 Nil huius acta nunc queunt mortalibus  
 Prodesse. nobis quid nocerent cornua  
 Tauri? quid Hydra? quid Leo? quid Cerberus?  
 Vigil ve serpens? sitot ille interritus  
 Non contudisset monstra forti dextera.  
**T**uo sed ex labore praestantissimo,  
 Velut perenni è fonte, sancta possumus  
 Nos dona large, et qui futuri, sumere.  
 Ut Sol ministrat lucidum nobis iubar,  
 Idemq. nostris mox dabit nepotibus,  
 Curru rotato dum feretur aethere,  
 Sic iura, qua tu digna condis aneis  
 Scalpi tabellis, nunc, et usque posteris  
 Fructus per annos affluentes afferent:  
 Nec ille nobis plura te benignior  
 Fert dona, quamuis multa multis suggerat  
 Diuersa rebus. dat colorem purpura  
 Fragis, rosisq., et lactis albi, lilijs,  
 Suaq. rorem luce reddit vitreum,  
 Lunamq. nunc argenteam, nunc auream,  
 Et saepe guttis, quas ab herbis elicit  
 Virtute propria, nostra sanat corpora,  
 Consecta acutis sint licet doloribus.

Padiq.

Vadiq. ripis alta densas Populus  
 Per illum ad astra vere frondes explicat,  
 Et horti Acantibo, et suauis olenti Amaraco  
 Referti, odore cuncta replent undique?  
**A**t tu, potente Sale qui es potentior,  
 Eiusq. vincis clariore lampade  
 Lucem, decorus luce Sancti Spiritus,  
 Terrena dona spargis, et caelestia,  
 Manuq. sacra, et ore sacro, et pectore.  
**T**u, quos egestas acris urget, subleuas  
 Et farre, et auro, at qui meretur plurimum,  
 Quod publicam rem gesserit prudentia,  
 Vita ve sanctitate prestat ceteris,  
 Virtutis, illi das honores, premia.  
**T**u clauis sacra, quam tibi qui temperat  
 Et terram, et undam, et fulua signa, tradidit,  
 Illis recludis lucidas celi fores,  
 Errata voce qui fatetur supplici.  
**T**u nos catenis aureis, tu lenibus  
 Frenis coerces, et reducis in viam  
 Rectam vagantes, et tuo exemplo facis,  
 Ut ROMA pulchris moribus renideat,  
 Proboq. lites ut secentur Iudice.  
**P**ax alma, per te floret oris Italis,  
 Simulq. florent elegantes littera,  
 Fulgent et artes splendidis honoribus.

Astraa

*Astraa librans cuncta iusto pondere*  
*A te vocata est summo Olympi è vertice,*  
*Et inde penna huc deuolauit aurea,*  
*Et has libenter aqua sedes incolit,*  
*Semperq. tecum à turpi honestum segregat,*  
*A te nec umquam discrepat sententia.*  
*Te, largientem tot beata munera,*  
*Nullo Potentum, aut Pauperum discrimine,*  
*Miratur hic & ille, & usque suspicit.*  
*Nos inter est Manutius, lux & decus*  
*Lingua Latina, quam cadentem sustinet,*  
*Nec non Muretus, qui per ora illustrium*  
*Volat virorum, vectus alis ingeni,*  
*Nitore pura mentis ambo amabiles.*  
*Hi sepe mecum laude certant tollere*  
*Tot clara facta, qua soluto scribere*  
*Sermone secum iam volutant, & modis,*  
*Qui sint Maronis dignitatis amuli.*  
*At ipse, quem atas iam ingrauescens impedit,*  
*Ne magna nostris acta chartis inferam,*  
*Deum rogabo, ut serum ad astra te euehat,*  
*Nos, unde lapsus iustus & prudens regis.*



AD

AD CLAVDIAM RANGONIAM,  
 quæ prius vocabatur Olympia.



*Nymphæ Padi quondam, cui nunc*  
*fulgentia Tibris*  
*Ora lauat, meritò tolle superba caput.*  
*Vt calum radiante micat face Solis, et illa*  
*Claruis immenso condit in orbe decus:*  
*Sic rutila tu fronte nites, & pectore casto*  
*Candida maiores, Claudia, claudis opes.*  
*Quas ubi nos inter spargis velut aurea Olympi*  
*Munera, calicolis nos facis esse pares.*

A E E A N D E M.



*CLAVDIA, dum partu vix edita lucis in oras*  
*Sol velut exoriens, undiq. clara nites*  
*Impositum meritò fuit hoc tibi, Olympia, nomen,*  
*Quod te nunc etiam candida Nympha decet.*  
*In te namq. situm est, roseoq. renidet in ore,*  
*Quicquid Perspicui pulcher Olympus habet.*  
*Non superat candore tuum via lactea pectus,*  
*Nec coma, qua stellis addita, luce comas.*  
*Quaq. rosis aspersa genas it præuia Soli,*  
*Numquam visa magis fronte nitere tua,*  
*In quam translucet radianti Virginis astro*  
*Purior è casto pectore cana Fides.*

Q =

Nec

*Nec Veneris par stella tuis micat aurea ocellis,  
 Nec qui flammiferis æthera lustrat equis.  
 Non iubar illa die, non hic fert noctis in umbra,  
 Sed tu fers nobis nocte dieq; iubar.  
 Nec Diana, choros cum cælo argentea ducit  
 Te magis incedit conspicienda pede.  
 Et, quod acu depinxit opus, cum vicit Arachnen  
 Pallas, idem tenui tu quoque pingis acu.  
 Et reliquos Natura tibi dedit huius honores,  
 Quis inter magnas fulget honesta Deas:  
 Adiecitq; decus, quo se se Cypria iactat,  
 Valleg; in Jdea iure superba sedet.  
 Quæ tecum in terris igitur contendet? Olympi  
 Si bona cuncta tuo pectore; et ore micant?  
 Si qua tamen certare velit tibi laudibus audax,  
 Victa repente tuos concidet ante pedes.*

## AD LAELIVM ARIGONVM

 *E tibi sit, Læli, mirum, cur noctis in umbra  
 Corporis ex omni claudia parte micet:  
 Illius ex oculis clare fax amula solis  
 Splendet, et è puro candida corde Fides;  
 Quamq; suis illi manibus modo Pallas et arte  
 Texuit in nivea stat quoque veste nitor.  
 Sic decus astrorum candenti lucida amictu  
 Enitido iactat corpore Luna iubar.*

AMO

AMOREM AVRO,  
 non precibus, flecti.

 *R toties Lalagen crudelem dicis, Amynta?  
 Cur miser a stiduis fletibus ora rigas?  
 Pone modum lacrymis, iam tandem pone querellis,  
 Non prece, non lacrymis, I anua victa patet.  
 Victa patet gemmis, patet auri pondere victa,  
 Plus prece, plus lacrymis, dona in amore valent.  
 Pro prece da gemmas igitur, pro fletibus aurum,  
 Hoc Danaes quondam est turris aperta Ioui.*

 *V m rides, mea vita, nitent cœu sidera, ocelli,  
 Tinctaq; purpureo labra colore micant.  
 Cum masta illacrymas, lacrymis rosea ora renident,  
 Rore velut sparsa sole oriente rosa.  
 Labentesq; genis guttas Amor improbus haurit,  
 Ut rorem è cælo qui cadit, haurit apis.  
 Hac Paris observans Iudex, me incertior esset,  
 Tu ne fores risu pulchrior, an lacrymis.*

 *M formosa Lyci linquit Galatea cubile,  
 Et venit in nostrum nocte fauente sinum,  
 Sit quamuis crine inculto, tamen aurea fulget,  
 Et tenebras omnes fronte micate fugat.  
 Non aliter thalamo surgens Aurora mariti  
 Splendet, inornatis sit licet illa comis.*

CVM

**C**UM libas, Pholoe, roseis mea labra labellis,  
 Tunc ibi mel fingens, dat mihi vulnus apis.  
 Gingis odoratis quoties mea tempora fertis,  
 Me pungunt spina, qua latuere rosis.  
 Latus, ubi in nodum collectos arte capillos.  
 Adspicio, heu nosco vincla parata mihi.  
 Si te, dum vitrea nudo pede ludis in vnda,  
 Admiror, niueus pes mihi colla premit.  
 Me placida argutis simul ac percurris ocellis,  
 Inde meum in pectus spicula torquet amor.  
 Sic miser, & felix viuo: sic pocula semper  
 Mellis, & absynthi tincta liquore bibo.

## IN TITYRVM:

**V**R genere, aut forma, semper te, Tityre,  
 iactas:  
 Non genus, aut formam, candida Phyllis amat.  
 Phyllis amat gemmas, & tinctas murice vestes:  
 Huic si cara dabis munera, carus eris.

## IN CERAM PVELLAM.

**C**ERA sibi solet admotis liquefcere flammis:  
 Durescit flammis proxima Cera meis.  
 Me licet affixum CERAE Puer improbus urat,  
 Illa tamen Pueri negligit vsque faces.

Nec

Nec lacrymis potis est nostris molliriex vumquam,  
 Sed potius misero fit mihi dura silex.

## EX GRAECO.

**D**UM fur mella puer de cellis aliger aufert;  
 In digitis summis spicula fixit apis.  
 Intumescere manus, quarum fremit ille dolore  
 Percitius, & terram flens pede crebra ferit.  
 Mox volat ad matrem, & plagas ostendit, & Ingens  
 Hoc, ait, heu vulnus paruula adegit apis.  
 Huic Venus irridens, Par est tibi, nate, potestas;  
 Tu quoque das paruos vulnera magna puer.

**H**IPPOLYTAE crines, digitique, & sidera  
 frontis,  
 Dant Veneris Pueri retia, tela, faces.  
 His me deuinxit laqueis, hac cuspide fixit,  
 Et nostra his radijs corda perussit Amor.  
 Solue mihi iam vincla, Puer, nec tange sagitta,  
 Eripe & ardenti viscera nostra rogo.  
 Sat nodis fuimus vincti: sat vulnera passi:  
 Sat crepuit feruens pectore flamma meo.

## AD LVNAM.

**A**C utinam dum nocte nites pulcherrima celo  
 Circumstent roseas nubila nigra genas.  
 Parce,

*Parce precor: densam nam me iuuat ire per umbram,  
Dum tacitus Pholoes tecta beata peto.  
Te quoque nigranti quondam caligine septam  
Delicias furtim iuuat adire tuas.*

## AD GALATEAM.

**N**OX erat, atque inter fulgentia sidera calo  
Ducebat tacitos candida Luna choros.  
Tuq; Padi in ripa roseis comitata puellis  
Saltabas niveo iure superba pede.  
Illa prius numquam tam pulchro splenduit ore,  
Nec tam formosis tu mihi visa genis.  
Mi dubium est, proprium ne daret tibi Luna nitorem,  
An potius Lunatu Galatea dares.

**F**ORTUNATI Pholoes ante omnia ocelli,  
Si vobis vosmet cernere fata darent.  
Sed me vos quoties lustrastis luce beata,  
Qua tenebras nostris eijcit ex animis,  
Sidera sideribus vidistis cedere vestris,  
Et vobis Phæbi lumina luminibus.  
Ne vobis igitur certent cali aurea signa,  
Vestra acies oculis fixa sit vsque meis.

## DE PHYLLIDE.

**P**HYLLIDA seruantem summo de monte capellas  
Orabat supplex nuper amator Acon.  
Ille preces simul et lacrymas ubi fudit inanes,  
Ex alto se se vertice precipitat.  
Et dum per vacuas in praeceps voluitur auras  
Iam periturus ait, laus in amore mori.  
Qua vox ut tetigit surdas non iam amplius aures,  
Protinus heu saltum qua puer ipsa dedit.  
Atque illum impauida sic est quoque voce secuta,  
Qua tibi mors laudi est, nec mihi turpis erit.

## AD GALATEAM.

**P**OST reditum Galatea tuum sunt omnia tuta,  
Et lustrata nouo lumine villa micat.  
Non ouibus lupus insidias struit amplius vllas,  
Dum procul à stabulis flumina nota petunt.  
Non apibus stragem immitis molitur hirundo,  
Crura replent tenero dum sibi et ora thymo.  
Nec flores velut ante negat letissima tellus,  
Serta suis manibus dum tibi neclit Amor.  
Qua tibi se in terris ausit conferre puella?  
Si fera, si volucris, si tibi paret humus.

**U**RBA puellarum dum ludit margine riuui,  
 Qui trepidat dulci per mearura sono.  
 Impulit in nitidas Galateam Cynthia Lymphas,  
 Dulceq; subridens talia voce dedit.  
 Tu similis Nympha incessu, tu fronte comisq;  
 Te decet ut Nympham ludere fontis aqua.  
 Illa pedes atque vda caput, se protinus vnda  
 Extulit, & mirus fulsit ab ore nitox.  
 Sic madidis Aurora genis è fluctibus exit,  
 Portat & humenti crine decora diem.

**D**VM luget Galatea Lycum miserata iacentem,  
 Cui modo dente ferox discidit inguen aper.  
 Illius effusi rutilant ut fila capilli  
 Aurea queis nobis retia nectit amor.  
 Atque genis decus adiungit qui defluit imber,  
 Non secus ac pulchris roscida gutta rosis.  
 Sic fustis formosa comis te flemit Adoni  
 Cypria, sic vdis conspicienda genis.

## AEGLES DICTVM.

**U**RYDAMAS suo florenti deperit Æglen;  
 Et placidam gremio nocte silente fouet.  
 Dumq; cupit dulces Veneris decerpere fructus,  
 Et desiderio fixa puella pari est.

Deficit

Deficit infelix puer horti in limine primo,  
 Et iacet ut custos languidus ante fores.  
 Tunc Ægle irridens Miser, ah, miser, inquit, amator,  
 Inter aquas sitiens Tantalus alter eris.

**U**R, Lalage, mea vita: meos contemnis amores?  
 Cur fugis è nostro, pulchra puella, sinu?  
 Ne fugias, sint sparsa licet mihi tempora canis,  
 Inq; tuo roseus fulgeat ore color.  
 Aspice, ut intextas deceant quoque flore corollas  
 Candida purpureis Lilia mista rosis.

**EST**IVA i, colli & le campagne intorno  
 La primavera di nouelli honori,  
 Et spiraua soani Arabi odori,  
 Cinta d'herbe & di fronde il crin' adorno.  
 Quando Licori al' apparir del giorno  
 Cogliendo di sua man porporei fiori  
 Mi disse, in guiderdon di tanti ardori  
 A te li colgo, & ecco i te n'adorno  
 Così le chiome mie soauemente  
 Parlando cinse, e'n sì dolci legami  
 Mi strinse il cor, ch'altro piacer non sente  
 Onde non sia già mai che più non l'ami  
 De gli occhi miei, ne sia che la mia mente  
 Altra sospiri deslando, ò, chiami.

R 2

IDEM

## IDEM LATINE:

**V**ER tepidum viridi vestibat gramine colles,  
 Lataq; pingebat prata colore novo.  
 Floreq; odorato deuinctum tempora, odores  
 Spirabat, quales huc rate portat Arabs.  
 Cum veniente die flores mihi rore nitentes  
 Decerpens molli pulchra puella manu.  
 Hos inquit, mea dextra legit tibi premia amoris  
 Iamq; isdem crines implicat ecce tuos.  
 Hanc ubi purpureo dulcem vocem edidit ore  
 Mi cinxit sermo versicolore caput.  
 Sicq; meos placido sensus desinxit amore  
 Ut cupiam nullam me soluisse diem.  
 Illa igitur posthac oculis mihi carior ipsis  
 Fixa erit aeternum pectore sola meo.

**S**OME per l'ampio Ciel girando il Sole  
 D'ardenti raggi il suo bel carro adorno  
 In un' hora in un punto à noi far giorno  
 Atrui lasciar in atra notte suole:  
 Così vai con le luci al Mondo sole  
 Que amor sempre scherza e fa soggiorno,  
 In un giro di chiaro e scuro intorno  
 Fate, ond' altri gioisce, altri si duole.

Ei

Ei desta herbette e fior ne' prati, e voi  
 Ne le menti à mortali alti concetti,  
 Ei del ciel, voi del secol nostro honore.  
 Dunque se de bè rai vostri gli effetti  
 Possenti agguaglian quei del Sol, fra noi  
 Donna sete il maggior almo splendore.

## IDEM LATINE.

**A**ETHERA Sol radijs percurrrens tempore eodem  
 Fert illi iubar, hunc deserit in tenebris.  
 Tu quoque nos oculis percurrrens, tempore eodem  
 Lucem alijs affers, lucem alijs adimis.  
 Hinc se felicem dicit, quem lumine lustras,  
 Quem spolijs, miris se miserum esse modis.  
 Sol varios flores, è pratis elicit, at tu  
 Divinos sensus elicis ex animis.  
 Inter sidereos vnus sol emitet ignes,  
 Inter virgineos tu quoque sola choros.  
 Ergo tibi e soli si par permissa potestas,  
 Sol alter nobis pulchra Licoris eris.

## AD IUVENES.

**D**UM cana Iuvenes e Puellula coma  
 Abest, nec os senectæ rugis exarat  
 Dum prata vernant picta floribus novis

Nec

*Nec flexa Acanthi colla ponunt languidi,  
Vna ite, & aureum recentibus caput  
Honore veris implicate flosculis,  
Herbis & ungue colligendis suauibus  
Miscete suauia. Hoc luventas imperat  
Et ver nouum, Quid ergo vos moramini?  
Frustra increpabitis moras, cum vos decens  
Color calorq; feruidus reliquerit.*

## AD HIPPOLYTVM COSTAM

PICTOREM.



*Vae tibi COSTA feram pro tali do-  
na tabella,  
Qua mire sensus oraq; nostra refert?  
Nam cum turparit faciem. mihi lan-  
guida ruga,  
Et sparget canis alba senecta caput,  
Tunc etiam tenera per telanugine mentum  
Signabit primo flore funenta mihi.  
Cumq; in perpetuam mors iam mea lumina noctem  
Clauserit, inuita morte superstes ero.  
Sic utinam celebrata meotua carmine virtus  
Viuat ab extincto clarior usque rogo.*



DE

DE NEAERA OB VIM ILLATAM  
se in fluuium deijciente.



*VM patrijs Olli inripis comitata sorore  
Virgineo viclas ungue Neera legit.  
Prospicit hanc lycidas stimulisq; agitatus  
Amoris*

*Detinet, ac Veneris dulcia dona rapit.  
Illa verrecurdi polluto flore pudoris  
Certa mori, est inquis, viuere turpe mihi  
His dictis, nullo leti tardata timore  
Se fluuij in rapidas precipitauit aquas.  
Fert soror auxilium, ripa demittit ab alta  
Funem, sed forti reijcit illa manu.  
Et repetit fauces cum iam iam clauderet vnda,  
Viuere turpe mihi est mortis honesta dies.  
Sic leto se sponte dedit sub flore iuuenta,  
Tantum illi cura virginitatis honos.  
Huic cedat, sibimet tenero, qua pectore ferrum  
Condidit, amisso flore pudicitia.  
Forssitan optauit Lucretia sanguine tincta  
A se crudeles abstinuisse manus.  
Hac certe stabat medijs interrita in vndis,  
Et nigro in mortis limine fortis erat.*

AD

## AD GALATEAM.

**V**C ades ò Galatea precor, mea rura reuise,  
Huc cita formoso lux mea curre pede.

Tu quoties nostros spatiaris lata per agros,  
Rore viget, vario flore renidet humus.  
Nunc irata meos quoniam tu despicias agros,  
Rore caret, nullo flore nitefcit humus.  
Nuda genu, fontis tremula cum ludis in vnda,  
Dat saliens dulcem Lympha per arua sonum.  
Nunc quia te fontis vitrea non abluis vnda,  
Non resonat fugiens per vada riuus aquis.  
Nec tibi qua lata certabant voce volucres,  
Dant ullos liquido gutture vt ante modos.  
Et modo qua syluis spirabat leniter aura,  
Sylvarum umbriferas non mouet vlla comas.  
Te sine cuncta silent, sine te sunt omnia muta,  
Et nostri nullus te sine ruris honos.  
At mea vita iterum placida si fronte redibis,  
Et mea lustrabis lumine rura tuo.  
Spirabunt tenues aura, tellusq; virebit,  
Fons saliet, picta dulce querentur aues.

## AD EANDEM.

**I**CTA redis tandem blandis mea vita querellis,  
Aduentu exsultat villula nostra tuo.

Te

Te redeunte simul redeunt decora omnia ruris,  
Et simul amissus iam redit omnis honos.  
Huc magno Jove digna veni, non vlla per herbas  
Tam nitido incedens ore puella micat.  
Te focus atque vnà charites comitantur euntem,  
Et rutilam veneris fert puer antè facem.  
Non est tam celebri nympharum cincta corona,  
Cum faciles agitat pulchra Diana choros.  
Assurgit tibi iam passim viridissima sylua,  
Et præter solitum purior vnda salit.  
Jam veris reditusq; tui prænuntia mulcet  
Æthera, & aureolis se implicat aura comis.  
Vndiq; incundoridens tibi fragat odore,  
Et vario tellus picta colore nitet.  
Namq; pedem quocumq; moues, & lumina flectis,  
Sternit odorato ver tibi flore solum.  
Ostentansq; bonis vestitos frugibus agros,  
Flaua tibi necit spicea ferta Ceres.  
Mitia & Autumnus plenis fert poma canistris,  
Promittens plenis dulcia vina cadis.  
Sola fugit deformis hyems adoperta tenebris,  
Non potis est vultus lumina ferre tui.  
At volucres circumuolitant mea rura frequentes,  
Nec querulos edunt, vt prius ore modos.  
Sed latos dant voce sonos, tolluntq; canoro  
Certatim laudes gutture ad astra tuas.

S

Et

Et tibi balat ovis distentis lucida mammis,  
 Et tibi plena thymo dulce susurrat apis.  
 Te Dryades Satyriq; simul, Fauniq; salutant,  
 Te Deus Arcadia, te nemus omne canit.  
 O te felicem, largo tibi copia cornu  
 Fundit opes, proprium dat Venus alma decus.  
 Juppiter haud ulli tribuit tot dona puella,  
 Tot bona non ulli facta dedere viro.  
 Solus ego in terris sum te felicior ipsa,  
 Cum placidam foveo te Galatea sinu.

## AD EANDEM.

 UR viridi ò Galatea nimis confisa iuuenta  
 Aversa nostras despicias aure preces?  
 Spes longas refecare brevis nos edocet annus,  
 Vtq; repente cadat quod nitet, ore decus.  
 Ecce breui tellus florescit vere, nec aetas  
 Falce diu segetes lata per arua metit.  
 Nec caput Autumnus mox longior impedit vuis,  
 Pomaq; frondiferis detrahit arboribus.  
 Hunc sequitur glacialis hyems adoperta pruinis,  
 Pigra gelu, hirsutas & nive cana comas.  
 Sic iam subrepet canos hirsuta senectus  
 Deformis, rugis horrida, victa situ.  
 Et quam nunc Iuuenes optant pueriq; senesq;  
 Non ulli fueris iam cupienda viro.

Ergo

Ergo iucundi dum florida temporis atas  
 Ver agit, inq; tuis stat Venus ipsa genis,  
 Vtere, ut assidue flumen, sic labitur annus,  
 Vnda nec vlla redit lapsa, nec vlla dies.

## DE LYCO ET PHYLLIDE.

 N medio se ponte Lycotulit obuia Phyllis,  
 Quem subter rapidi labitur vnda Padi.  
 Hanc Lycus ardebat, qua visa pallet & horret,  
 Nec valet ad blandas fingere verba preces.  
 Mox veneris Stimulis magis ac magis actus acutis,  
 Suspirans querula talia voce dedit.  
 O Phyllis formosa mihi me carior ipso,  
 Cur lacrymis numquam nec prece victa mea es?  
 Uror ego infelix, vror noctesq; diesq;  
 Assidueq; meo pectore flamma furit.  
 Sola potes nostra sedare incendia mentis,  
 Me tamen in tantis deseris ipsa malis.  
 Huc ades, & nostro finem iam impone dolori,  
 Perpetuus frangit pectora nostra dolor.  
 Plura Lycus dicturus erat, sed ferrea virgo  
 Vt prius aversa respuit aure preces.  
 Atque ait, Hinc praeceps fluminum te deijce in altum,  
 Confestim flammam obruet vnda tuas.  
 Aptior hac non vlla tuo est medicina dolori,  
 Nam ponit vires ignis in amne suas.

S 2

Protinus

Protinus his dictis heros incensus amaris,  
 Hac secum audendum est: omnia vincit amor.  
 Spumantemq; animosus equum quem forte premebat,  
 Concutit, & saltu gurgitis ima petit.  
 Mox euectus equo impavidus caput extulit undis,  
 Atque ait, in medijs ecce peruror aquis.  
 Affer opem, tu namq; vales restinguere flammam,  
 Hi latices igni dant alimenta meo.  
 Dum Lycus hac repetit, vultuq; in virginis haret,  
 Nec dum etiam tutum per vada currit iter.  
 Suspirat Phyllis, guttisq; cadentibus ora  
 Spargit, & intentam condit in aure preces.  
 Atque haurit medio natas e flumine flammam,  
 Nec mirum, e medijs fluctibus orta venus.  
 Jam pectus ferit usque manu, laniamq; capillos  
 Mentis inops, roseas & notat ungue genas.  
 Vosq; ait o nympha, choreas qua ducitis amne,  
 Vos precor auxilium ferte repente Lyco.  
 Est puer ille meus, pueri succurrite nostro,  
 Huic si fertis opem, vos mihi fertis opem.  
 Vos ego Naiades; colui si semper honore,  
 Quas penes est huius fluminis imperium,  
 Iam faciles tenero supponite brachia mento,  
 Ne tam pulchra niger occupet oraliquor,  
 Ab puer infelix, ergo mea sidera ocellos  
 Ante diem tenebris mors premet atra tuos?

Ergo

Ergo puer prima per memoriere iuuenta?  
 Ergo erit interitus vox mea causa tui?  
 Si cadis ipse, cadam, similis mors auferet ambos,  
 Namq; dabo fluvio, me quoque precipitem,  
 Nec lymphis iactata tibi comes ire negabo,  
 Quando aliter nequeote mea vita frui.  
 O Nympha si nulla mea vos cura salutis  
 Tangit, nosq; volunt numina magna mori.  
 Piscibus ereptos saltem nos sistite ripa,  
 Atque aliquis condat nos miseratus humo.  
 O utinam mihi cum puero commune sepulchrum,  
 Atque sit aeternum mistus uterq; cinis.  
 O potius mihi cum puero commune cubile,  
 Coniugij & stabilis vincula nectat amor.  
 Audiuere preces nympha, licet ima tenerent  
 Gurgitis, & latos deseruere choros.  
 Et puerum qui fessus aquis errabat in altis,  
 Certatim rapidis eripuerit vadis.  
 Te Lyce cum Phyllis seruatum vidit ab undis,  
 Cui prope iam extincto masta dabat lacrymas;  
 Currit, & ingenue non iam suspensa pudore,  
 Venit in amplexus lata repente tuos.  
 Oscula & amplexu permiscet dulcia dulci,  
 Et dedit hac dulci dulcia verba sono.  
 Non hac vlla dies visa est mihi nigrior umquam,  
 Candidior nituit hac mihi nulla dies.

Parce

*Parce mihi quæso mea lux errasse fatenti,  
 Grandem eo fateor decidit ore nefas.  
 Iam tua sum, tuæ semper ero, mihi vivere tecum,  
 Dulce erit, et tecum mi quoque dulce mori,  
 Talia dum loquitur, pueri membra humida tergit,  
 Quæ post ipsa suis fletibus usque rigat.  
 Namque timet tanti fuerit quod causa pericli  
 Ne flammæ aliò transferat ille suas.  
 Virginis hoc etiam timor auctus, quod Lycus ullos  
 Latitia plenus non dabat ore sonos.  
 Tum vero volucris pueri penetrabile telum  
 Sensit, et ardentem corde puella facem.  
 Sensit, et extemplo curis ut gaudia semper  
 Misceat, et dulci melle venena puer.  
 Sic victa est Phyllis virtute et fortibus ausis,  
 Vincere quam blanda non potuere preces.  
 Ergo quisquis amat magnis se offerre periclis  
 Audeat, audenti nam fauet acer Amor.*

## IN DIEM FESTVM.



*HÆC nos lata dies et noster Flaccus amici,  
 Tristitiam è tota pellere mente iubet.  
 Hanc risu cantuque decet nos ducere noctem,  
 Ducere et annofo pocula plena mero.  
 Tu mihi, quæ Bacchus donat, ser munera Horati,  
 Camina tu suavi diuide Longe lyra.*

Tuque

*Tuque Fabi memora nobis suspiria amici,  
 Et tibi quæ dulcis vincula neclit Amor.  
 Detegat Ascanius geminos, quibus vritur, ignes,  
 Indicet et felix iam sua furtæ mihi.  
 Nec pudeat te Paule tuos narrare calores,  
 Si qua tuo tacite pectore flamma furit.  
 Nec tu nobile opus Gabriel nunc volue Platonis,  
 A te sint hodie scripta seuera procul.  
 Et mihi fabellas referat Romanus amiles  
 Julius, et risus omnibus excutiat.  
 Vos famuli alterno terram pede pellite, et omnes  
 Certatim è magnis promite vina cadis.  
 Castaneasque simul cineri supponite molles,  
 Ingerite et large grandia ligna foco.  
 Atque mero penitus tumefacti dicite Bacchum,  
 Euhè Bacche pater nunc mea tecta sonent.  
 Non aliam vitam, aut mores nox postulat ista,  
 Sint sale, sint latis omnia plena iocis.*

## DE GALATEA.



*SIDEREAS agit at choreas cum Phæbus Olympo,  
 Inuehitur roseis conspiciendus equis.  
 Virgineos Galatea choros cum ducit in agris,  
 Aureolo incedit conspicienda pede.  
 Sunt Phæbo intonsi crines et lata Iuuentus,  
 Et clarus propria luce nitente micat.*

Candi-

*Candida colla tegit nostra coma longa puella,  
 Purpureaq; nitent ore micante gena.  
 Inter se similes ambo (mirabile visu.)  
 Lac ipsum lacti non magis est simile.  
 Sunt quoque dissimiles ambo (mirabile dictu)  
 Lux ipsa est nocti non magis dissimilis.  
 Ille inbar, gratumq; diem mortalibus affert,  
 Hac mihi fert tenebras, hac mihi fert lacrymas.  
 Ex Erebo manes imos ille elicit herbis,  
 Me viuum ad manes hac oculis adigit.  
 Tu me, non alia mens est sanabilis arte,  
 Aspice, et tantis eripe Phoebe malis.  
 Quid sit amor non te latet, et tibi gramina nota,  
 Queis animi morbos pellere saepe soles.  
 Sic iam non certet tecum plaudente chorea,  
 Sic cedat radijs, sic Galatea comis.*

## AD GALATEAM.

**S**OL veluti Galatea tui dant lumen ocelli,  
 Vnde puer promit spicula, et vnde faces.  
 Cumq; auro nitidi certant fulgore capilli,  
 Dulcia qui collo vincla fuere meo.  
 Purpureisq; rosis non cedunt bella labella,  
 Qua mihi diuino nectare tinxit amor.  
 Lacteolq; niuem superant candore papilla,  
 Qua me iam pridem surripuere mihi.

Si

*Si possent animi nostro quoque Carmine sensus  
 Dicier huic faciles quos tribuere Dei,  
 Pace Tibulle tua, non tu me notior esses  
 Nec tua flamma meo clarior igne foret.*

## AD FELICEM VRSINAM

## C O L V M N A M.



*FELIX nimum felix, prope Tibridis  
 undas,  
 Qua niueo incedis nympha superba  
 pede,  
 Vitis ut est ulmo, sic tu coniuncta Co-  
 lumna es,  
 Qua Boreas, et Cauri despicit alta minas.  
 Utq; illa è gremio gemmas fecunda ministrat,  
 Dulceq; dat Bacchi nectar, et ambrosiam,  
 Tu quoque sic natos, quibus est patris insita virtus,  
 E casto fundis dulcia dona finis.  
 Hinc te iure vocat Felicem Roma, tuoq;  
 Quod nitet è roseo regius ore decor.  
 Ecce tibi in terris cedit quacumq; puella  
 Fulget, et in calo maior et vrsa minor.*

(643)  
 (643)

T

AD

AD PHILIPPVM GVASTAVILLANVM  
CARDINALEM.



OSTQVAM, siderèi cui credita clavis  
Olympi,

Grande tibi rerum pondus habere dedit,  
Cur animum vigil assidue, mentemq; fa-  
tigasq;?

Cur requies oculis non datur ulla tuis?  
Subtrahit ingenti se fortis sepe labori  
Miles, ut in Thracas fortior arma ferat.  
Lumina dat somno nocturnis rusticus horis,  
Ut noua lux redijt, vomere findit agros.  
Quiq; procellosum metitur remige pontum,  
Cessat, ubi celerem fert leuis aura ratem.  
Tecta volat circum, perq; aera ludit hirundo,  
Sub trabe cum mirum sedula finxit opus.  
Sol fessos quoque pascit equos, ubi sidera surgunt,  
Quo valeant longas ocysus ire vias.  
Cumq; diem per inane vehunt, tum Luna quiescit,  
Vettaq; noctuagis mox nitet alta rotis.  
Tu quoque nonnumquam sepone negotia, et horto,  
Rureq; iucundos dege Philippe dies.  
Frigus ubi suavi nunc mordet corpora sensu,  
Et canis astiferi fessa calore leuat.

Bacchus

Bacchus ubi dulci perfusus cornua musto  
Imperat, ut celeri pressa sit vna pede.  
Te vocat huc Marcus, qui fecit ut inclyta virtus  
In toto sancti nota sit orbe senis.  
Qui tunc in folio nunc fulget auunculus alto,  
Et quo iura vigent Principe, et alma Fides.  
Illum etenim studio ardenti super athera vexit,  
Et fuit optati plurima causa boni.  
Huc igitur venias, tam cari temnere amici  
Te surda assiduas non decet aure preces.  
Ecce suas tibi diuitias ille explicat omnes,  
Ut cultu accipiat te sua villa sinu.

Caro.  
d'Al-  
tèps.

PEDAGOGVS AD DISCIPVLOS

qui eum interpretantem Ciceronem  
grauatè audiunt.



VERBA licet Iuuenum quibus est mens  
in scia recti.  
Sibilet, et crepitum, dent sine fine  
pedes.

Nostra tamen vestras vox ferrea verberat aures,  
Explico diuinum cum Ciceronis opus;  
Illa pedum superat sonitus et sibila vincit,  
Nam veluti tonitrus ore sonante tonat.  
Sic tuba terribili strepitu loca concaua complet  
Sic sonat è summo quæruiit vnda iugo.

T 2

Tym-

*Tympana sic reboant, sic cornu mugit in antris,  
 Aetnaq; flammaram cum vomit ore globos.  
 Non secus iratum scopulos circumgemit aquor  
 Non aliter Æaurus per nemora alta fremit.  
 Turba igitur sileas, frustra irrequieta laboras  
 Nullus ab officio me reuocare potest.*

## AD VESPASIANVM

GONZAGAM.



*VM leni regis imperio, frenoq; coerces  
 Credita virtuti Regna beata tua.  
 Et vigil egregio te tollis ad astra labore  
 Cui Rex Hesperia premia digna parat.  
 Est mihi dulce seni vitam traducere in vrbe,  
 Pax vbi, & alma fides, usq; in honore viget.  
 Meq; inuat grauibus seclusis pectore curis,  
 Fortuna instabilem cernere mente rotam.  
 Et metiri oculis Regum tecta alta potentum  
 Diruta, qua potuit soluere longa dies.  
 Ecce iacent aquata solo Capitolia, & arces,  
 Qua terris prisco tempore iura dabant.  
 Ecce Arcus Phrygijs nixi cecidere columnis,  
 Sape triumphantes quos subiere Duces.  
 Et perijt tandem Romana potentia bello  
 Cognita, qua volucres sol agit almus equos.*

Et

*Et fors anruet immensi eras machina mundi,  
 Qua iam iam flammis forsitan vsta cadit.  
 Omnia fert secum fugiens opera inelyta tempus,  
 Et nos post cineres mors facit aqua pares;  
 Cum domino seruus tumulto, cum diuite pauper  
 Et puer & iuuenis cum sene mistus erit.  
 Sic permista solent exarbore dulcia acerbis  
 Decutere insano flamine poma Nocti.  
 Sic quoque falce novos flores per prata colonus  
 Et qui iam ponunt languida colla, secat.  
 Vno etiam feriunt ictu turreseq; superbas,  
 Agrestumq; humiles fulmina dira casus,  
 Quid Gonzaga iuuant igitur nos sceptras? quid aurum?  
 Quidve peregrina, quas dedit Indus, opes?  
 Quidve rota aurata profunt? quid eburneus axis?  
 Qui spolia ingenti parta labore vebit.  
 Quidve coronatis percurrere puppibus altas,  
 Sanguine quas victus tinxerat hostis, aquas?  
 Cum victore simul victus rate veletus eadem  
 Post obitum, stabit iudicis ante pedes.  
 Hac exempla docent nos alto spernere vultu  
 Quod mare, quod tellus continet ampla sinus.  
 Et toto colere ex animo, qui munera nobis  
 Aurea caelesti missus ab arce tulit.*

IN

IN FONTEM CAPILVORVM,  
qui est Romæ in Campo Martio.



Ac pueris Lupa dulcè dedit non saua  
gemellis

Sic vicine Lupus dat tibi mitis aquam.

Qua fluit assidue, qua lacte est dulcior ipso,

Purior electro, frigidiorq; niue.

Hinc igitur Lymphas bene tersa sedulus urna

Et puer & luuenis portet, anusq; domum.

Fonticulo prohibentur equi, prohibentur aselli,

Nec canis hinc fædo, nec caper ore bibit.

IN EVNDEM,



VSSIMVS armentum procul esse à fonte, gre-  
gemq;

Ne pede perspicuas, ore ve turbet aquas.

Quaq; fluit vicine tibi & fert commoda cursu

Exiguo cupimus largius unda fluat.

Vt possis nitidos latice maioribus urnis

Nulla interposito tempore ferre domum.

IN EVNDEM.



INC coquus haurit aquam, qua tergit vasa  
culina

Et reddit nitido splendor a vitro.

His

His etiam Lymphis vituli nunc frusta tenelli  
Nunc Leporem aut hadum supposito igne coquit.  
His quoque sepe lauant nostri famuli ora manusq;  
Sed raro hinc, dulcis sit licet unda, bibunt.

IN EVNDEM.



INC virgo gelidum fontem sitientibus offert

Hinc sua letitia dulcia musta pater.

Hos igitur latices aut hos pleno hauriat ore,

Qui sitit, aut mistis pellat utrisque sitim.

Namq; loci dominus numquã quibus arida lingua est,

Virginis aut Bacchi clauē recondit opes.

Quin quo dulce merum possit dare largius, optat

Vt fluat assidue, fontis ut unda fluit.

IN EVNDEM.



VICINIS Lupus ore suis fert virginis undas,

Sed procul edicto stet pecus omne iubet.

Ast ego virgineas etiam vicinia Lymphas

Do tibi, & è nostro lactea dona sinu.

Et sino ut hinc aries & sus et corniger hircus

Et bibat irriguas bos & asellus aquas.

Nec lex vlla vetat, quin telas fonte puella

Abluat, & patinas sedula tergat anus.

IN

HIPPOLYTI  
IN EVNDEM.

**N**IL mirum, puer in nostro si penniger horto  
Et simul has virgo candida seruat aquas  
Virgo et amor bene conueniunt, pulcherrima rerum  
Virginitas sancto nil sine amore valet.  
Unanimes igitur vigilant, nec fontis honores  
Auferat, aut undas turbet iniqua manus.

Ex hoc fonticulo sitiens bibat usque viator.  
Frigida perpetua est pura salubris aqua.

Qua fugit unda meo tenuis de fonte, perennis  
Atque salutifera est persimilisque vitro,  
Sitque licet gelida ut glacies, seu sarius ardet  
Aera, seu durum nix tegit alta solum?  
Non unquam tamen aut stomacho capitine bibentis  
Obsuit, hinc igitur qui sitit usque bibat.

IN FONTEM QUI EST ROMAE  
AD PONTEM AELIUM.

**L**UPUS in Martis campo mansuetior agno  
Virgineas populo fauce ministrat aquas:  
Sic quoque perspicuam cui virgo praesidet undam  
Mitior hic haedo fundit ab ore Leo.  
Nec mirum, Draco qui toti pius imperat orbi  
Exemplo placidos reddit utrosque suo.

L AELII



L AELII CAPILVPI  
CENTONES  
EX VIRGILIO.



R O M A E,

PERMISSV SVPERIORVM.



## LECTORI.



**AELII** Capilupi viri doctissimi Centones quos diu desiderari necesse fuit, ad te tandem reuertuntur. Utinam ille aut ad Virgilij, versus non ita se adstrinxisset, aut non tam soluto seculo floruisset. Multa scripsit vt illa tempora ferebant licenter, poetarum etiam more. Centonum quoque coactus legibus nonnulla Virgiliana vsurpauit verba, quibus nobis interdictum est. Hæc quamquam non essent Lælij ipsius, sed temporis, & facultatis vitia, tamen nostri seculi grauitas minime ferenda esse censuit. Quare opus illud cæteroquin ingeniosissimum ex auctoritate Superiorum Iulij Capilupi eius nepotis eximij ingenij viri opera & studio quàm maxime fieri potuit expurgatum est. Si qua in eo verba sunt reliqua à nostræ religionis more quæ aliena esse videantur vt fata, fortuna, Dij, Diui, Iuppiter, Mars, Venus, & alia huiusmodi meminisse nos oportet primum Virgilij esse verba, deinde posse per allegoriam aliter accipi, atque proprie significant, Namq; illud vanum fortunæ nomen, modo pro ipsa felicitate, modo pro diuitijs ferè semper positum esse inuenies, sic etiam fatum, pro morte, aut casu, Vota quoque pro desiderijs vel precibus, diuos item & deos pro ipsis Sanctis, quale est illud, Cura tibi Diuum effigies & templa tueri: Sanctorum enim imagines intelligit, & nonnulla alia his similia, quæ immutari minime queunt, cum Centonum leges non hæc facile patiantur. Propterquam difficultatem factum est vt annorum viginti quinque ferè spatio hi Centones interdicti extiterint. Hoc volebam Lector optime necius ne esses. Vale.

IOA-

IOACHIMO BELAIO  
ANTONIVS POSSEVINVS

MANTVANVS. S. P. D.



**OMNIVM** omnino qui aliquid in lucem edunt duo genera sunt, alterum eorum à quibus res ipsæ inueniuntur, alterum illorum, qui quod dicturi sunt aliunde assumunt: atque hoc genus in duas partes rursus distributum est, nam aut qui ab alijs res accipiunt, eas suis verbis exponunt, aut ad sententias suas aliorum verba transferunt, atque traducunt, quod quidem pertinet ad eos, qui Centones conscribunt, quo in genere ita mirabilis fuit Lælius Capilupus, vt facile omnium expectationem vicerit, ac superarit. Nam cum plerumque de rebus ab antiquorum ætate remotissimis agat, eas tamen ita Virgilij carminibus tractat, atque complectitur, vt ne ipsum quidem Poetam supra potuisse existimem. Nam & in dispositione sententiarum, & ordine, & in coniungendis, ac quasi conglutinandis versibus, qui in Virgilij libris maximo interuallo inter se disiuncti sunt, illud est omnium iudicio consecutus, vt perpetuum potius, & continens scriptum, quàm vndique collectum, & comportatum videatur: in quo viri illius memoriam, & acie iudicium soleo sæpe admirari, qui res tam dispersas in vnum locum cogat, easq; ita collocet, vt media primis, extremis prima respondeant. Ac vt perfectus fictor, qui ex diuersissimis lapidibus opus egregium fingit, emblemateq; componit, sic ille ex omnibus Virgilij locis, quæ ad suam sententiam in primis facerent optima quæq; excerptis, atque libauit, unumq; hoc corpus confecit. Scio autem nonnullos ad hoc scribendi genus se contulisse, in quorum numero apud Græcos

V 2 fuit

fuit Eudocia, apud Latinos Proba Falconia, & Aufonia, sed quantum in eo profecerint, aliorum sit iudicium. Illud quidem nec dubitans affirmaverim. Lælio non modo in hac re non præstantiores fuisse, sed vix fortasse pares. Nam ut de Aufonio loquar, cum hic de rebus ipsis ageret, de quibus à Virgilio ante tractatum fuit, facile ille fuit ad id quod sentiret Poetæ carmina accommodare, quod huic minime contingit, longè enim alia notio subijcitur his scriptis, atque illa, quæ Virgilianis subiecta est.

Cum igitur hos Centones sæpissimè legissem, prospicere hunc librum si ederetur iucundissimum omnibus, fore, Lælium rogavi qui mihi potestatem daret ut eum emitterem, quod cum ille ut solet, humanissimè mihi permisisset, nihil mihi antiquius, aut longius fuit, quam ut in manus hominum exiret, etenim præter voluptatem & admirationem, quam ex eo quivis percepturus fuisset, non mediocre commodum me adepturum sciebam, neque enim dulcius quidquam aut iucundius mihi accidere poterat, quam ut illius scripta proferentur, quem præterquam quod cum eo summis benevolentia & amicitia vinculis sum coniunctus, deinde non modo ob caritatem patriæ quæ illi cum multis est communis, verùm etiam ob singulares eius virtutes summo semper amore sum profecutus. Præterea illud mihi maximo usus futurum videbam, cum ob hanc causam aditum mihi ad te patefacerem, gratiamque tuam quodammodo aucuparer. Tu enim is es, qui & summa virtute præditus, & omnibus literarum studijs ornatissimus Lælij Capilupi scripta es adeo admiratus, ut cum ne illum quidem virum de facie cognosceres, mirificè tamen amares & coleres, quod cum illius ingenio, tum tuæ humanitati & animo ad studia propenso tribuitur. Adeo in humanis animis studia paria possunt, quæ quod sunt liberaliora, eò magis homines inter se quibusdam vinculis devinciunt, & obstringunt. Quibus rationibus adductus statui hunc librum ad te mittere, quod scirem apud neminem in loco meliore aut honestiore esse posse. Cum enim semper otium, & tempus in discendo contri-

contriveris, tum summo illi Cardinali es sanguine, in quo non facilè iudices utrum mœurs à disciplinis, an à moribus disciplina illustrentur & ornentur. At meum quidem consilium tibi probatum iri confido, manusque hoc te qua semper consuevisti humanitatè accepturum, quod certè ab animo tui observantissimo proficitur, tibique defertur. Reliquum est ut nos diligas: Vale.

## IVLII ROSCII HORTINI.

 AELIVS hac celebri redimimus conditur  
urna,

*Fama volat cuius docta per ora virum,  
Vivere si Musae sacris dant vatibus: huic bis  
Musarum raro munere vita datur.  
Hoc bona posteritas grato debebit Iulo,  
Per quem Phoenicis more revixit Auns.*

## LAELII CAPILUPI EPITAPHIVM EX VIRGILIO.

A IVLIO EIVS NEPOTE.

G. 3.  RIMVS ego in patriam, modulatus arum- Ec. 3.  
dine Musam

- Æ. 10. *Fatidica Mantus, cecini sub tegmine fagi* G. 4.  
Æ. 10. *Facta Patrum laudes, quondã dum vita manebat;* Æ. 1.  
Æ. 10. *Stat sua cuiq; dies; facilis iactura sepulchri est;* Æ. 2.  
Æ. 6. *Sed mea me virtus superas evadere ad auras* Æ. 6.  
Æ. 10. *Et dedit, aeternumq; tenet per sacula nomen.* Æ. 6.

LAELII

L A E L I I C A P I L V P I  
C E N T O N E S E X  
V I R G I L I O .

Centio I.

A D V I R T V T E M .

- G. 2.  *Decus ò fama meritò pars maxima  
nostra*
- A. 5. *Gratior & pulcro venies in corpore  
VIRTUS.*
- A. 7. *Semine ab aethereo, magnum &  
memorable nomen,*
- A. 7. *Europa atque Asia, nam te dare iura loquuntur*
- A. 1. *Omnibus errantem terris, huc dirige gressum*
- G. 3. *Aera per vacuum pernicibus ignea plantis*
- A. 7. *Vel mare per medium fluctu suspensa tumentis,*
- A. 8. *Adsis ò tantum, atque animis illabere nostris*
- A. 6. *Alma precor, magno laudum percussus amore*
- A. 6. *Noctes, atque dies supplex tua nomina posco,*
- A. 1. *Da facilem cursum, da famam. extendere factis*
- v. Car- G. 2. *Carminibus Patrijs super et Garamãtas, et Indos*
- minib. A. 4. *Oceani finem iuxta, Solemque cadentem,*
- Virgi- G. 3. *Te sine nil altum mens inchoat, en age segneis*
- lij n. a. A. 9. *Rumpe moras omnes, audacibus annue ceptis,*
- tuani. E. 9. *Huc ades, insani feriant sine litora fluctus*

Et

- E. 3. *Et si quid cessare potes requiesce sub umbra*
- E. 2. *Mecum una in sylvis, susceptum perfice manus: A. 6.*
- A. 9. *Nulla meis sine te quaretur gloria rebus*
- E. 1. *Carmina nulla canã magnã Mauortis ad urbem, A. 8.*
- A. 11. *Immunitem tanti belli, tua maxima cura, G. 4.*
- A. 10. *Ipsa immota manet, spectatque interrita pugnas: A. 2.*
- A. 11. *Hos inter motus, atque hac certamina tanta, G. 4.*
- A. 7. *Arma inter Regum, atque horrètes Marte Latinos: A. 10. Cum 2*
- A. 8. *Salve vera Iouis proles, mea maxima cura, A. 1. Caro-*
- G. 1. *Quæ Thuscũ Tyberim, et Romana palatia seruas, Imp-*
- E. 1. *Ecce ferunt nymphæ calathis tibi lilia plenis, Ec. 2. Sene*
- A. 6. *Pars pedibus plaudunt choreas, te maximus orbis: G. 1. obfide*
- Authorem frugum, tempestatumque potentem. A. 5. ratur,*
- A. 1. *Ante aras plena supplex veneratur acerra: A. 5. atq. ab*
- A. 5. *Salve magna parens frugum, tu sceptrâ, Iouemque A. 10. Henti*
- E. 11. *Concilias, tu das epulis accumbere Diuum: co 1.*
- E. 1. *Pastores ouium, & magna inter premia ducis: A. 11. Rege*
- A. 6. *At genus antiquum terræ Titanta pubes: A. 5. Gallie*
- E. 9. *Te duce deiecti fundo voluntur in imo, A. 6. defen-*
- A. 4. *Calicolum regi direxti tela, manusque, A. 5. deren-*
- G. 1. *Cum pater extructos disiecit fulmine montes: A. 11. Süt e-*
- G. 1. *Et coniuratos calum rescindere fratres: nim pa-*
- G. 3. *Vulneribus crebris stygias detrusit ad undas, A. 6. flores*
- G. 4. *Et caligantem nigra formidine lucum, A. 6. ignobi-*
- A. 4. *Pallenteis umbras Erebi. Te ianitor orci: A. 5. h loco*
- A. 8. *Te stygij tremuere lacus, tu cresta maclas: A. 5. nati.*
- Prodi-*

- Prodigia, & vastum Nemea sub rupe leonem*
- Æ.10. *Alcida comes usque, graues dum terra labores*  
*Præbuit, irarumq; omneis effudit habenas* Æ.11.
- Æ.7. *Sauæ Iouis conuix, tot iam labentibus annis* Æ.11.
- G.2. *Imbellem auertis Romanis arcibus Indum,*
- G.3. *Fidentemq; fuga Parthum, Tyriosq; bilingues;*
- Expul. Æ.1. *Omnibus exhaustos iam casibus omnium egenos*
- fo ex Æ.1. *Romanos rerum dominos in scepra reponis;* Æ.11.
- Italia Æ.8. *Ex illo celebratus honos, tibi vota quotannis* Æ.5.
- Anni Æ.1. *Bis senos cui nostra dies altaria fumant*
- bale. Æ.8. *Seruati facimus, meritosq; nouamus honores:*
- Æ.3. *Quod superest, oro propius tua numina firmes* Æ.8.
- Allu- Æ.2. *Hanc primū tutare domū, MONTEMq; seuerum,* Æ.7.
- dic ad Æ.12. *Sit Latium, sint Albani per secula Reges;*
- fam- Æ.3. *Hæc casti maneant in religione nepotes.*
- liã, & ad ip- Æ.2. *Huc ades & præsens nostro succurre labori,*
- sum P. Æ.7. *Tu uatem, tu diua mone, dicam horrida bella,*
- M. fu- G.4. *Magnanimosq; duces, liceat tua dicere facta* Æ.8.
- hū. 3. Æ.4. *Nunc olim, quocunque dabunt se tempore vires.*
- cuius Æ.5. *Vix hæc edideram cum circumfusa repente* Æ.1.
- infi- Scindit se nubes, claraq; in luce refulsit Æ.1.
- gue ē Æ.12. *Vertice se attollens, Capitoli immobile saxum,* Æ.9.
- Mons. Æ.7. *Contremuit nemus, & requierunt flumina cursus* Æ.8.
- Æ.5. *Aduentante Dea, fugiunt vasto aethere nimbi,*
- Ec.5. *Ipsi lætitia voces ad sidera iactant* Æ.5.
- Intonsi MONTES, respondent omnia sylua* Æ.10.
- Huius*

- Æ.8. *Huius in aduentu deductum, dicere carmen.* Æ.6.
- Æ.9. *Mens agit at mihi, nec placida contenta quiete est;*
- Æ.10. *Fatidica Mantus Romana per opida carmen* G.2.
- Æ.2. *Dicam equidem, insano iuuat indulgere labori:* Æ.6. Cento enim
- Æ.7. *Maius opus, maior rerum mihi nascitur ordo;* Æ.7. est ex Virgi-
- G.3. *Ipse caput tonsa folijs ornatus oliua* Æ.7. lio.
- G.3. *Aonio rediens deducam vertice Musas*
- Æ.6. *Insuetum per iter, referam tibi Mantua palmas,* G.3.
- Æ.1. *Ni frustra augurium vani docuere parentes.*

## SALVTATIO KALEN. IANVARI

AD PAVLVM III. PONT. MAX.

## Cento I I.

- Æ.5. **S**ALVE sancte parens, cali cui sidera parent, Æ.10.
- Æ.3. **S**Inferniq; lacus, atque alta mœnia Roma, Æ.9.
- Ec.1. *Fortunate senex, si quid mea carmina possunt,* Æ.1.
- Æ.1. *Semper honos, nomenq; tuum, laudesq; manebunt.*
- Æ.7. *Nec tu carminibus nostris indictus abibis*
- Æ.1. *Nate patris summi. Nec te memorande filebo* Æ.10.
- Æ.11. *O decus Italia, magna spes altera Roma,* Æ.11.
- Æ.5. *Nomen aui referens. Et quote carmine dicam* G.2.
- Æ.9. *Maie noua virtute puer noua regna petentem?* Æ.1.
- Ec.4. *Tu decus omne tuis, postquam tibi ducitur uxor;* Æ.8.
- Æ.11. *Cui genus à proauis ingens pluuiialibus Austris.* G.3.
- Ec.5. *Spargite humum folijs, manibus date LILIA plenis* Æ.6.
- Æ.8. *Nymphæ Laurentes iuuat indulgere choreis.* Æ.9.

Quia præter Eudociã p. bã, & Aufonium nemo ceteros cõscripsit.

Petrus Aloius Farnefius. Alex. Farnefius. Card. Octauius Farnefius. Noua regn. i Parme & Placentiæ.

- Marga Ec.7. *Omnia nunc rident, tuq; ò sanctissima coniux* A.10.  
 ita Au G.2. *Salve magna parens, geminiq; sub ubere nati,* A.5.  
 stria A.3. *Viuite felices ò terq; quaterq; beati,* A.11.  
 Caroli A.3. *Et nati natorum, & qui nascentur ab illis.*

v. imp.  
 filia, q;  
 pepe-  
 rit ge-  
 mel-  
 los.

AD IVLIVM III. PONT. MAX.  
 Cento III.

ROMAE PROSOPOPEIA.

- A.4. **F**LAVENTEIS *abscissa comas pulcherrima Ro-* G.5.  
 A.11. *Cara mihi ante alias,* (ma  
 A.12. *Stabat acerba fremens, Tiberini ad fluminis undã* A. 6.  
 A.4. *Omnia tutã timens.*  
 A.1. *Tristior & lacrymis oculos suffusa nitentis*  
 A.5. *Talia dictã dabat.*  
 Iul'3. A.11. *O decus Italia, cui nunc cognomen IVLO,* A.14.  
 I.M. A.7. *Rex genus egregium.*  
 A.1. *Ad te confugio, caloq; ereboq; potentem,* A.6.  
 A.12. *Suppliciter venerans.*  
 A.6. *Da dextram misera, tantis surgentibus undis:* A.6.  
 A.1. *Intonuere poli.*  
 A.1. *Una Eurusq; Notusq; ruunt, velut agmine factõ* A.10.  
 A.1. *Incubere mari.*  
 G.1. *Et scdam glomerant tempestatem imbribus atris*  
 G.2. *Fluctibus & fremitu,*  
 A.6. *Romanosque tuos stridens A Q V I L O N E procella* A.11.  
 A.1. *In vada ceca tulit.*

Ab aq;  
 lãe pa-  
 dicur  
 cõma-  
 lum.

Velum

- A.1. *Velum aduersa ferit. Multos seruata per annos* A.8.  
 G.3. *Saxa per, & scopulos,*  
 A.8. *Relligione patrum, tremet ictibus ærea P V P P I S,* A.5. Allu-  
 A.6. *Fraxineaq; trabes,* dit ad  
 A.1. *Presentemq; viris intentant omnia mortem,* nau-  
 A.4. *Eia age rumpe moras,* culam  
 A.9. *Rumpemoras, presens nostro succurre labori,* A.9. S. Pe-  
 A.1. *Rursus in arma feror,* tri.  
 A.2. *Ardentes clypeos, atque ara micantia cerno,*  
 A.1. *Litore Trinacrio.*  
 A.12. *Tempestatelorum, & ferreus ingruit imber,*  
 G.1. *Ecce inimicus atrox,*  
 A.8. *Victor ab Aurora populis, terraq; mariq;* A.10. Rex  
 A.10. *Turbidus ingreditur,* Turca-  
 A.8. *Ardens arma tenens, pelago decurrit aperto,* rum.  
 A.2. *Litora nota petens:*  
 A.1. *Fit sonitus spumante salo, circumsonat armis* A.8.  
 A.1. *Italiam Italiam:*  
 A.4. *Ire iterum in lacrymas, dulcesq; relinquere terras* A.4.  
 A.3. *Ecce iterum stimulat,*  
 A.12. *Ense sequens, campis omnis diffugit arator,* A.10.  
 A.1. *Omnis & agricola,*  
 A.10. *Spargitur & tellus lacrymis; crudelis ubique* A.1.  
 A.1. *Luctus ubique pavor:*  
 G.1. *Hinc mouet Euphrates, illinc Germania bellum;*  
 A.1. *Gens inimica mihi;*

X 2

Gens

- Roma G. 3. *Gens effrena virum, tot iam labentibus annis* E. 1.  
 direp- ta à E. 3. *(Eloquar? an sileam?)*  
 oerma nis an. E. 2. *Corripuere sacram effigiem, manibusq; cruentis*  
 1527. E. 9. *Diripuere focos:*  
 E. 6. *Ausi omnes immane nefas, ausoq; potiti*  
 E. 2. *Aedibus in medijs.*  
 Here- tis Lu- terãa. E. 2. *Hinc mihi prima mali labes, ignara deorum* E. 1.  
 E. 8. *Vana superstitio;*  
 E. 8. *Quid memorẽ infandas cades? quid monstra ferarũ* E. 6.  
 E. 9. *Nota nimis miseris?*  
 E. 12. *Sanguine adhuc nostro recalent Tiberina fluẽta,*  
 E. 12. *Sanguine terra madet.*  
 E. 12. *Pro Latio obtestor, pro maiestate tuorum*  
 Ec. 4. *Cara Dei soboles;*  
 E. 6. *Eripe me his inuicte malis, satis una superq;* E. 1.  
*Vidimus excidia,*  
 E. 7. *Cura tibi diuum effigies et templa tueri*  
 E. 1. *Mœnibus in patrijs,*  
 E. 7. *Tutari Italiam, detrudere finibus hostem*  
 E. 2. *Palladis auxilijs.*  
 E. 8. *Adspice, qui coeant in me excidiumq; meorum* E. 3.  
 E. 7. *Indomiti agricola,*  
 E. 8. *Extremiq; hominum Morini, Rhenusq; bicornis*  
 E. 7. *Agmina in arma vocat:*  
 Ec. 1. *Impius hæc tam culta noualia miles habebit?*  
*Barbarus hæc segetes?*

Perduxit

- Ec. 1. *Perduxit miseros en quo discordia cines* Ec. 1.  
 E. 9. *Fertilis Ausonias*  
 E. 7. *Per medias vrbes agitur, populosq; Latinos,* E. 10.  
 G. 3. *Pallida Tisiphone.*  
 E. 6. *Exurgitq; facem attollens, atque intonat ore*  
 E. 11. *Seditione potens.*  
 E. 9. *At tu magne Pater, folijs ornatus OLIVAE,* G. 3. *Oliua*  
 E. 12. *Vtere sortetua.* *& Mõs*  
 E. 7. *Arma inter regum coeant in fœdera dextra* E. 11. *ifigne*  
 E. 7. *Litus ad Ausonium:* *fami-*  
 E. 11. *Nulla salus bello, pacem te poscimus omnes* *liã lu-*  
 E. 1. *Nos tua progenies;* *P.M.*  
 G. 4. *Matres atque viri, pueri, innuptaq; puella* G. 4.  
 E. 7. *Relligione sacra*  
 E. 5. *Attonitis hætere animis, in te ora Latini* E. 11.  
*In te oculos referunt:*  
 E. 2. *Ergo age care Pater propius res aspice nostras,* E. 1.  
 E. 1. *Parce pio generi,*  
 E. 6. *Sic fatur lacrymans, et femineo ululatu* E. 4.  
 E. 5. *Decidit exanimis.*  
 E. 6. *Ille autem, quæ tanta animis ignauia venit* E. 11.  
 E. 7. *O mea progenies?*  
 E. 1. *Parce metu; placidi strauerunt aquora venti* E. 5.  
 E. 6. *MONTE sub aërio;*  
 E. 4. *Quin etiam muros optata molior vrbs* E. 3.  
 E. 11. *Victus amore tui,*

Nem

- Æ. 8. *Neu belli terrere minis, absiste moueri* Æ. 6. 5
- Omnia tu- Æ. 1. *Omnia tu ta vides* Æ. 1. 5
- ta vi- Æ. 11. *Hos inter motus (non hac sine numine diuum)* Æ. 1. 5
- des, in Æ. 6. *Te quoque magna manent,* Æ. 1. 5
- ta lu- Æ. 1. *Per varios casus, per tot discrimina rerum* Æ. 1. 5
- lij III. Æ. 1. *Intemerata FIDES* Æ. 1. 5
- P. M. Æ. 6. *Lata Deum parte super & Garamantas & Indos* Æ. 6. 5
- Proferet imperium,* Æ. 1. 5
- Æ. 4. *Ne dubita, medias acies mediosq. per ignes* Æ. 7. 5
- Æ. 10. *Sternere cade viros.* Æ. 1. 5
- Æ. 9. *Auxilium solitum demittet ab aethere summo* Æ. 11. 5
- Æ. 10. *Omnipotens Genitor.* Æ. 1. 5

## AD PRINCIPES CHRISTIANOS

## Cento IIII.

## A R I S T E V S.

- Æ. 7. **N**YMPHAE, noster amor, paulo maiora canamus Æ. 4. 5
- Æ. 7. **A**рма inter Regū. magnoturbāte tumultu, Æ. 6. 5
- G. 4. *Pastor Aristeus folijs ornatus Oliua,* G. 3. 5
- Æ. 10. *Fatidica Mantus, & Tusci filius amnis,* Æ. 1. 5
- G. 1. *Carminibus patrijs Tiberini ad fluminis undam* Æ. 10. 5
- Æ. 11. *Suspiciens calum lacrymis ita fatur abortis.* Æ. 11. 5
- Æ. 7. *Heu quia nam tanti cinxerunt aethera nimbis,* Æ. 1. 5
- Æ. 1. *Intonuere poli, ac venti, velut agmine facto,* Æ. 1. 5
- Æ. 7. *Mutati transuersa fremunt, it turbida calo* Æ. 11. 5
- Tempe-

- Tempestat telorum, & ferreus ingruit imber*
- Æ. 1. *Ardentes clypeos, atque era micantia cerno,*
- G. 1. *Armorum sonitum toto Germania calo*
- Audijt, & rauco strepuerunt cornua cantu:* Æ. 1. 5
- Æ. 7. *Et trepida matres pressere ad pectora natos,*
- Æ. 7. *Stant belli causa. en iterum crudelia retro* G. 4. 5
- Fata vocant; sauit toto Mars impius orbe,* G. 1. 5
- Æ. 6. *Egregium forma iuuenem noua regna petentem* Æ. 1. 5
- Æ. 6. *Abstulit atra dies, & funere merfit acerbo.*
- Æ. 6. *Heu miserande puer genus alto à sanguine diuum* Æ. 3. 5
- Æ. 11. *Inuidit fortuna tibi, ne regna videres,*
- Æ. 3. *Arua neque Ausonia semper cedētia retro,*
- Æ. 10. *Morte tua insolitis tremuerunt moribus alpes;* G. 1. 5
- Æ. 3. *Intremuere unda, penitusq. exterrita tellus*
- Italia, atque omnis campis diffugit arator,* Æ. 10. 5
- Omnis & agricola, & diuersum ad litus adacti* Æ. 11. 5
- Æ. 1. *Pastores ouium: silua insonuere profunda* Æ. 7. 5
- G. 3. *Balatu pecorum, & crebris mugitibus amnes;*
- Æ. 7. *Te liquidi fletere lacus, vicina Cremona,* Æ. 9. 5
- Æ. 11. *Spargitur & tellus lacrymis, Dryadesq. puella,* G. 1. 5
- G. 3. *Propter aquam, tardis ingens ubi flexibus errat,*
- G. 1. *Fluuiorum rex Eridanus, miserabile visu,* Æ. 1. 5
- Æ. 11. *Innumeras struxere pyras. Tibi LILIA plenis* Æ. 1. 5
- Ecce ferunt nymphe calathis, solatia luctus* Æ. 11. 5
- Exigua ingentis, misero sed debita patri.* Æ. 11. 5
- Æ. 5. *Tu decus omne tuis. postquam te fata tulerunt,*
- Regibus

Dude  
Aure-  
lianē  
Regis  
Gallię  
Frāci-  
sci si-  
lum.  
Regna  
scili-  
cet me-  
diolan-  
num.

Lilia,  
isigne  
Regis  
gallię.

- G.4. *Regibus incessit magno discordia motu,*
- Cato-  
lum  
Imp.  
intel-  
ligit. A.8. *Hinc Augustus agens Italos in praelia Caesar,*
- A.9. *Qui regnum Italia, et primos sibi poscit honores,*
- G.1. *Fulmina molitur, cui belli insigne superbum.* A.8.
- A.9. *Asper, acerbatus, pedibus Iovis armiger uncis,* A.9.
- A.5. *Hunc circum innumera gentes, populique Latini,* A.7.
- A.6. *Hesperia et magna Chalybum generosa metallis,* A.10.
- A.8. *Extremique hominum Morini, Rhenuisque bicornis*
- G.3. *Turbidus et torquens flauentes fter arenas,*
- A.10. *At parte ex alia, validam vi corripit hastam.* A.12.
- Rex  
Gall.  
Impe-  
rii Me-  
diola-  
ni  
Lilia  
ifigne  
Regis  
gallig. A.7. *Rex genus egregium, reddi sibi poscit honorem.* A.5.
- A.9. *Fertilis Ausonia, et quasitas sanguine dotes,* A.7.
- A.12. *Testaturque Deos iterum se ad praelia cogi:*
- A.12. *Arduus insurgens, et grandia LILIA quassans,* E.10.
- A.7. *Agmina in arma vocat. Romanis arcibus olim* E.10  
*Exitium magnum, atque alpes immittet apertas,*
- A.12. *Pro se quisque viri summa nituntur opum vi,*
- A.12. *Qui sibi iam requiem pugna, rebusque salutem*  
*Sperabant, nunc arma voluit, Martemque fatigant,* E.7.
- A.9. *Armati ferro, et cristis capita alta corusci.*
- A.12. *Quoruitis, quaeve ista repens discordia surgit?*
- A.5. *Quis furor iste nouus? quae vos fortuna quietos*  
*Sollicitat, tanta ne animis caelestibus ira?* A.12.
- A.6. *Ne pueri, ne tanta animis assuescite bella,*
- A.10. *Ambo animis, ambo insignes praestantibus armis,*
- A.6. *Neu patria validas in viscera vertite vires.*

O cobi-

- A.12. *O cobi-  
betè iras: coeant in foedera dextra* A.11.  
*Qua datur, ast armis concurrant arma cauete.*
- A.6. *Tuque prior, tu parce Italum fortissime DVCTOR,* A.8. Caro-  
lum ap-  
pellat  
Impe-  
ratorè
- G.1. *Nec tibi regnandi veniat tam dira cupido;*
- A.1. *Nota tibi iam qua passus terraque marique:* A.10.
- A.11. *Nulla salus bello, pacem te poscimus omnes.*
- G.4. *Matres atque viri, puerique parentibus orbi* A.11.  
*Dirum execrantur bellum. tege pace Latinos* A.7.
- A.1. *Omnibus exhaustos iam casibus, omnium egenos,*
- A.7. *Quid memorem infandas cedes, desertaque regna* G.3.  
*Pastorum, et longe saltus, lateque vacantes*
- A.12. *Sanguine adhuc nostro recalent Tiberina fluuenta,* A.12.
- A.12. *Pro Latio obtestor, pro maiestate tuorum*
- A.6. *Proijce tela manu, paribus se legibus amba* A.12.  
*Iniuncta gentes aeterna in foedera mittant.*
- A.11. *Nunc ad te, et tua, magne pater, consulta reuertor:* Fraci-  
scu Re-  
ge Gal-  
lic ap-  
pellat.
- A.1. *Ad te confugio, et supplex, Rex optime Regum,* A.11.
- A.10. *Quid grauidam bellis urbem, et corda aspera tentas*
- A.7. *Litus ad Ausonium? potuit quae plurima virtus* A.11.  
*Esse, fuit, toto certatum est corpore Regni.*
- A.12. *Desine iam tandem, precibusque inflectere nostris,*
- A.5. *Cede Deo, nec te villius violentia vincat,* A.11.  
*Quin gnatam egregio genero (praque omnibus unum* A.3.  
*Predicam, et repetens iterumque iterumque monebo)*
- A.11. *Des pater, et pacem hanc aeterno foedere iungas,*
- A.11. *Quo ferrum, quidve hac gentis tela irrita dextris?*
- I Quod

- Æ.6. Quod si tantus amor inani, si tanta cupido
- Æ.10. Arua aliena iugo premere, atque auertere prædas;
- Æ.11. Arma parate animis, nec longe scilicet hastas  
Quarendi vobis: Certatur limine in ipso  
Ausonia, qua tanta animis ignavia venit
- Rex Turca  
rum. G.1. Ecce inimicus atrox, casus insignis Achivis
- Æ.8. Victor ab Aurora populis: summasq; minatur  
Deiecturum arces Italiam, excidiog; daturum;
- Æ.2. Horresco referens, sed eant, spectentq; Latini
- Æ.1. Regnatorem Asia spolijs Orientis onustum;
- Æ.9. Immanem veluti pecora inter inertia tigrim:
- Æ.3. Diuersa exilia, & diuersas querere terras
- Æ.12. Cogemur, qui nunc lenti confedimus aruis,
- Æ.11. Illi armis in regna ruunt. Crudelis ubique  
Luctus, ubique pavor, incuruant viribus arcus;
- Æ.11. Exhortantur equos: fundunt simul undique tela  
Crebra niuis ritu, cincti fulgentibus armis
- Æ.11. Connixi incurrunt hastis: pars maxima glandes  
Liuentis plumbi spargit: loca sulphure fumant
- Æ.3. AERE cauo, & subito calum tonat omne fragore,
- Æ.11. Nec longum in medio tempus, cum clamor ad aures.
- Æ.12. Bellantum iuuenum, & duro sub Marte cadetum;
- Æ.2. Diuerso interea miscentur mœnia luctu;
- Æ.8. Iamq; sacerdotes magnam Mauortis ad urbem
- Æ.12. Velati lino volitant, lustrantq; choreis
- Æ.1. Atria, dependent lychni laquearibus aureis,
- Implo-

- Æ.7. Implorantq; Deos incensa altaria circum,
- Æ.6. Haud mora festinant flentes; ostrog; decori
- Æ.11. Flent mœsti, mussantq; patres pauperq; S. E.
- N. A. T. K. S.
- Æ.5. Ipse gubernator, rerum cui summa potestas,
- Æ.7. Dum paci medium se offert iustissimus vnus,
- Æ.8. Cuncta videns magno curarum fluctuat æstu;
- Æ.3. Exorat pacem Diuum, vitasq; resoluat  
Sacratæ capitæ tendens ad sidera palmas;
- Æ.4. Nequid inexpertum, Tyrio conspectus in ostro,
- Æ.9. Ora puer prima signans intonsa iuuentæ
- Æ.5. Nomen auri referens, Augusta ad mœnia Regis
- Æ.6. Itque, reditq; viam raries, lacrymansque, gerensq;
- Æ.8. Paciferaq; manu ramum præterdit oliuæ,
- Æ.9. Ante annos animumq; gerens, curamq; virilem.
- Æ.10. Ipse sedens clauumq; regit, velisq; ministrat,
- Æ.6. Jam senior, sed cruda Deo, viridisq; senectus.
- Æ.11. Ergo Concilium magnum, primosq; suorum  
Imperio accitos; Athesim nunc propter amœnum
- Æ.1. Ire iubet, quorum melior sententia menti
- Æ.7. Jura dabunt, legesq; viris, ritusq; sacrorum.
- Æ.10. O pater, ò hominum, diuumq; æterna potestas
- Æ.4. Spero equidem, si quid pietas antiqua labores  
Respicit humanos, crimenque, caputq; malorum
- Æ.4. Supplicia hausurum, laniatum corpore toto,
- Æ.8. Romanoq; foro flamma crepitante cremari
- I 2 Cernere

Aesca  
uū ap-  
pellat,  
q; Itali  
co fer-  
mone  
dicit  
archi-  
busius.

Æ.5.  
Æ.12.  
Æ.8. Cardi-  
nales.  
Paulus  
3. P. M.  
Æ.10. Max.

Alex.  
Far-  
nefius  
Card.  
Allu-  
dit ad  
Augu-  
stā Vin-  
delico-  
rū Ger-  
manicæ  
urbē.  
Paulus  
3. P. M.  
Syno-  
tridē  
tina.

Æ.9.  
Æ.1.  
Æ.5.  
Æ.12. Marci-  
nus Lu-  
terus.  
Æ.6.  
Æ.7.

- Æ.8. *Cernere erit: tantas audetis tollere moles* Æ.1.  
 G.3. *Genus effrena virum septem subiecta trioni?* G.3.  
 Æ.1. *Tanta ne vos generis tenuit fiducia vestri?*  
 Æ.9. *Ipsi has sacrilego pendetis sanguine pœnas.*  
 Æ.6. *Discite iustitiam moniti, & non temnere diuos.*  
 Æ.1. *Nate Patris summi, si quid mea carmina possunt,* Æ.9.  
 Æ.11. *Vota precesq. mea. Tuq. ò sanctissima Virgo,* Æ.1.  
 G.1. *Quæ Tusci Tiberim, et Romana palatia seruas*  
 Æ.6. *Diua parens, prasens nostro succurre labori:* Æ.9.  
 Æ.3. *Dij maris: & terra, tempestatumq. potentes*  
 Æ.11. *Hos inter motus tantis surgentibus undis* Æ.6.  
 Æ.3. *Ferte viam vento facilem, & spirate secundi,*  
 Æ.3. *Et placidi seruate pios, gentemq. togatam,* Æ.1.  
 Æ.12. *Sit Latium, sint Albani per sacula Reges,*  
 Æ.3. *Hac casti maneant in religione nepotes,*  
 Æ.3. *Et nati natorum, & qui nascentur ab illis.*  
 Æ.9. *At tu, magne Pater, puraq. in veste sacerdos,* Æ.12.  
 Æ.3. *Tuq. ò Tibri tuo genitor cum flumine sancto*  
 Æ.1. *Durate, & vosmet rebus seruate secundis,*  
 Æ.1. *O passi grauiora, dabit Deus his quoque finem.*  
 Æ.1. *In freta dum fluij current, vulgata per orbem* Æ.1.  
 Æ.1. *Intemerata fides, Capitoli immobile saxum* Æ.9.  
 S. Pont. Æ.6. *Accolet, imperiumq. Pater Romanus habebit;*  
 Æ.6. *Missus in imperium, cali cui sidera parent,* Æ.10.  
 Æ.3. *Inferniq. lacus, atque alta mœnia Roma.* Æ.1.  
 Æ.6. *Ille canit: placidi strauerunt aquora venti,* Æ.4.

Intro-

- Æ.2. *Intonuit laeuum, & vibratus ab aethere fulgor* Æ.8.  
 Æ.1. *Collectasq. fugat nubes, solemq. reducit.*

AD ILL. <sup>MYM</sup> RAINVTIVM FARNESIVM  
 CARDINALEM ELECTVM.

Cento V.

D A M O N.

- G.3. **S**OLE recens orto, magnam Mauortis ad urbem Æ.8.  
 Æ.8. **I**ncumbens tereti DAMON, sic coepit, oliua.  
 Æ.4. *Aggredere ò magnos (aderit iã tempus) honores,*  
 Æ.12. *O prestans animi, magna spes altera Roma* Æ.12. Rainu  
 Æ.9. *Maete noua virtute puer, diuine poeta,* Ec.5. ti<sup>9</sup> Far  
 Æ.4. *Quid struis? aut quæ spe tu nunc in montibus erras,* Ec.6. nefius.  
 Æ.6. *Threicia fretus cithara, fidibusq. canoris?*  
 Æ.12. *Desine iam tandem Tyrio conspectus in ostro* G.3.  
 Ec.2. *Atque humiles habitare casas, & figere ceruos;*  
 Æ.12. *Utere sorte tua; nemorum Latonia custos,* Æ.9.  
 Æ.6. *Riparumq. toros, & depressas conualleis* G.1.  
 Ec.2. *Ipsa colat, fatis huc te poscentibus affer;* Æ.8.  
 Æ.12. *Maior agit Deus, atque opera ad maiora remittit,*  
 G.4. *Mulcentem tygres, & agentem carmine quercus,*  
 Æ.7. *Europa atque Asia prestat componere fluctus;* Æ.1.  
 Æ.10. *Hoc virtutis opus, fratrem ne desere frater:* Æ.10.  
 Æ.12. *Ille quidem tonsa folijs ornatus oliua* G.4.  
 G.4. *Per populos dat iura, viamq. affectat olympo,*  
 Æ.9. *Ante annos animumq. gerens, curamq. virilem:* Alex.  
 Tuq. Far-  
 Card.

- G.2. *Tuq. ades, inceptumq. unà decurre laborem;*  
 A.5. *Hunc cape consilij socium, & coniunge volentem;*  
 A.11. *Ambo animis, ambo insignes pietate vel armis* A.6.  
 A.11. *Consulite in medium, & rebus succurrite fessis,*  
 Lilia, Ec.2. *Huc ades ò formose puer, tibi Lilia plenis,*  
 ifigne *Ecce ferunt nympha calathis, insigne paternum;* A.7.  
 domus *Post alij proceres, qua cuique est copia, lati* A.5.  
 Farne *Dona ferunt, vestes, argenti auriq. talenta,* A.5.  
 62. A.1. *Huc ades, & votis iam nunc assuesce vocari,* G.1.  
 Ec.7. *Dum memor ipse mei, dum spiritus hos reget artus,*  
 A.4. *Semper honore meo, semper celebrabere donis:*  
 Ec.8. *Te nemus omne canet, si quid mea carmina possunt,* A.9.  
 A.5. *Tum genus omne tuum, genus alto à sanguine divum;* A.5.  
 A.9. *Dij patrum, quorum semper sub numine Roma est*  
 G.1. *Hunc saltem everso iuuenem succurrere seculo*  
*Ne prohibete, satis tot iam labentibus annis* A.2.  
 A.11. *Supplicia, & scelerum poenas expendimus omnis:*  
 A.8. *Corniger hesperidum fluminis regnator aquarum;*  
 A.6. *Hic vir, hic est, tibi quem promitti sapius audis,*  
 A.6. *Huius in adventu Capitolii immobile saxum* A.9.  
 A.11. *Vertice se attollens caput inter nubila condet:* A.4.  
 A.1. *Cana fides, & Vesta, Remo cum fratre Quirinus*  
*Iura dabunt: fremituq. virum, studiisque fauetum* A.5.  
 Ec.4. *Adspice venturo latentur ut omnia seculo,*  
 Ec.5. *Ipsi latitia voces ad sidera iactant*  
*Intonsi montes: animum concentus in agris,* G.1.  
 Et la-

- Et lata pecudes, & ostantes gutture corui*  
 Ec.9. *Adspice, ventosi ceciderunt murmuris aura,*  
 A.5. *Sternitur equor aquis: fugiunt vasto aethere nimbi;*  
 G.2. *Parturit almus ager, Zephyriq. tepentibus auris*  
*Laxant arua sinus, nonnulli obnoxia cura* G.2.  
*Fundit humo facilem victum iustissima tellus.*  
 Ec.5. *Ergo alacres sylvas, & cetera rura voluptas*  
*Panaq. pastoresq. tenet, nymphasq. sorores,* G.2.  
 G.4. *Magnanimosq. duces, atque alta moenia Roma:* A.1.  
 A.6. *Pars in gramineis exercent membra palestris,*  
 A.6. *Pars pedibus plandunt choreas, & carmina dicunt,*  
 G.1. *Mutuaq. inter se lati convivia curant,*  
 G.1. *Oraq. corticibus fumunt horrenda cavatis.* G.2.  
 A.8. *Consonat omne nemus strepitu, risuq. soluto:*  
 Ec.8. *Desine Menalios, iam desine tibia versus,*  
 Ec.9. *Carmina tum melius, cum venerit ipse, canemus.*

## IN EFFIGIEM ERANCISCI GONSAGÆ

MARCHIONIS MANTVAE IV.

Cento V I.

- A.11. **O** *DECUS Italia, quondam dum vita manebat* A.5.  
 A.1. *Sceptra tenes, tardis inges ubi flexibus errat* G.3.  
*Mincius, & tenera prætexit arundine ripas,*  
 A.8. *Semper honore meo, semper celebrabere donis,*  
 A.4. *Dum memor ipse mei, dum spiritus hos reget artus:*  
 Tuq.

- E. 4. *Tuq̄ adeò decus hoc aui. Tu maximus ille es,* E. 6.  
*Vnus qui nobis, magno turbante tumultu,* E. 6.  
 E. 9. *Ante annos animumq̄ gerens, curamq̄ virilem,*  
 E. 10. *Ultero animos tollis dictis, & pectore firmo* E. 5.  
 E. 8. *Arduus arma tenens, fulgentis are cateruas* E. 8.  
 E. 10. *More furens torrentis aqua, Gallumq̄ rebellem* E. 6.  
 E. 10. *Sternis humi, campiq̄ ingentes osibus albert:* E. 12.  
 G. 4. *Parthenope meriti tanti non immemor umquam,* E. 9.  
 E. 11. *Dextera causa tua est, solio confedit auito.* E. 7.  
 E. 8. *Quid memorem spolia illa tuis pendentia tectis* E. 5.  
 G. 3. *Iam vulgata? quibus calo te laudibus equem.* E. 11.  
 E. 8. *Flos veterum, virtusq̄ virum? cui cura nitentis* E. 6.  
*Pascere equos, mèrita expectent qui pramìa palma* E. 5.  
 E. 1. *Europa, atque Asia, tanta est victoria cura.* G. 3.  
 E. 5. *Tu decus omne tuis, tu seruantiſimus equi;* E. 2.  
 E. 1. *Omnibus exhaustos iam casibus omnium egenos*  
*Vrbe domo socias. Tua terris didita fama,* E. 8.  
 E. 1. *Munera praterea ex auro, solidoq̄ elephanto* G. 3.  
*Coniunxere tibi (cuncti se scire fatentur)* E. 11.  
 E. 2. *Regnatorem Asia, genus insuperabile bello;* E. 4.  
 E. 1. *Et penitus toto diuisos orbe Britannos.*  
 E. 11. *O decus Italia, atque Italium fortissime ductor,* E. 3.  
 E. 6. *Felix prole virum, si quid mea carmina possunt,* E. 9.  
 E. 1. *Semper bonos, nomenq̄ tuum, laudesq̄ manebunt.*

Exer-  
cicum  
Caroli  
8. Re-  
gis gal-  
lia.

Medio  
lanen.

Rex  
Turca-  
rum. Ec. I.  
Henri-  
cū Re-  
gē Bri-  
taniae.  
E. 6.  
hercu-  
lis &  
Ferdin-  
nandi  
pater.



P. VIRG.

P. VIRG. MARO

AD SERENISS. COSMVM MEDICEM

FLORENTINORVM DVCEM.

Cento VII.

- E. 12. **O** *PRAESTANS animi iuuenis, cui regia paret* E. 7.  
 G. 2. *Dives opum, diues pictai vestis, & auri* E. 9.  
 E. 16. *Vrbs Etrusca solo, studijsq̄ asperrima belli,* E. 1. Allu-  
 dit ad  
 E. 8. *Flos veterum, virtusq̄ virum, post multa tuorum,* E. 2. Florè-  
 tiam.  
*Funera, post varios hominumq̄ orbisq̄ labores,*  
 E. 6. *Venisti tandem claro demissus olympo:* E. 4.  
 E. 4. *Credo equidem, nec vana fides, genus esse decorum,*  
 E. 9. *Ora puer prima signans intonsa iuuenta,*  
 E. 11. *Mœnibus in patrijs, magno turbante tumultu,* E. 6.  
 E. 6. *Missus in imperium magnum popularibus auris* E. 6.  
 E. 1. *Sceptra tenes, nam te voluit Rex magnus olympi* E. 5.  
 E. 11. *Hos inter motus exortem ducere honorem,* E. 5.  
 E. 1. *Iustitiaq̄ dedit gentis componere fluctus,* E. 1.  
 Ec. 9. *Aspice ventosi ceciderunt murmuris auræ;*  
 E. 1. *Æquora tuta silent, Italium fortissime ductor* E. 8.  
 E. 1. *Perge modo, pelagoq̄, volans da vela patenti* G. 2.  
 E. 1. *Matre Dea monstrate viam, sed facta parentis* E. 4. Nā ma-  
 ter po-  
 E. 1. *Profuerit meminisse magis, villosaq̄ setis* E. 8. tissimū  
 E. 6. *Pectora. Non illi quisquam se impune tulisset* E. 6. efficit  
 E. 11. *Obuius armato (cuncti se scire fatentur)* E. 11. vt Cos-  
 mus ti-  
 lus im-  
 paret.

Z

Sen

- Æ.6. *Seu spumantis equi foderet calcaribus armos*  
 Æ.8. *Arduus arma tenens, seu cum pedes iret in hostem*  
 G.3. *Asper, acerba sonans, strammantia lumina torquens:*  
 Æ.7. *Quin etiam veterum effigies, decora alta parētum,* Æ.2.  
 Allu- G.4. *Mores, & studia, & sacris in postibus arma* Æ.7.  
 dit ad fami- G.4. *Admiranda tibi, pugnataq. in ordine bella* Æ.8.  
 liā Me diceā. Æ.12. *Multa manu MEDICA; totum vulgata per orbem* Æ.12.  
 Æ.3. *Fama volat, nam te maioribus ire per altum*  
*Auspicijs manifesta fides: in te ora Latini,* Æ.12.  
*In te oculos referunt, fas extera querere regna,* Æ.4.  
 Æ.12. *Maior agit Deus, atq. opera ad maiora remittit.*  
 G.3. *Ergo omni studio laudis succensus amore* Æ.7.  
 G.4. *Magnanimosq. duces, atque hac exempla secutus,* G.4.  
 Æ.11. *Aude, atque aduersum fidens fer pectus in hostem.*  
 Ec.2. *Nec te peniteat duros perferre labores* Æ.6.  
 G.1. *Sole sub ardenti, gelidiq. sub atheris axe,* Æ.8.  
 E.10. *Tela inter media, & fluitos tentare minaces* G.3.  
 Æ.6. *Noctes, atque dies, sic fortis Etruria creuit.* G.2.  
 Æ.6. *Ha tibi erunt artes, murorum attollere moles* Æ.11.  
 Illu- Æ.7. *Litus ad Ausonium, armatas deducere classes,* G.1.  
 arx ab co edi ficata. Æ.7. *Tutari Italiam, detrudere finibus hostem,*  
 Æ.2. *Et glomerare manum bello, terraque, marique,* Æ.10.  
 Æ.6. *Parcere subiectis, & debellare superbos:*  
 G.1. *In primis venerare Deos, sic denique victor* Æ.3.  
 Æ.3. *Telum immane manu quaties, populosq. feroces* Æ.1.  
*Contundes, nulli veterum virtute secundus.* Æ.11.  
 Tum

- Æ.5. *Tum genus omne tuū super et Garamatas, et Indos* Æ.6.  
*Proferet imperium, & cunctis dominabitur oris,* Æ.3.  
*Et nati natorum, & qui nascentur ab illis.*  
 Æ.3. *Hac sunt, qua nostra liceat te voce moneri.*  
 Æ.6. *Id decus i nostrum: melioribus utere fatis,*  
 Æ.12. *Nomine auum referens, animo; manibusq. parentē.*  
 Æ.5. *Hac tibi dicta dedit diuino carmine pastor* Ec.6.  
 Æ.10. *Fatidica Mantus, & Tusci filius amnis,*  
 Æ.2. *In tonuit laeuum Diuum pater, atque hominū Rex* Æ.1.  
 Æ.10. *Annuit, & totum nutu tremefecit olympum.*

AD ILLUSTRISSIMUM  
 HIPPOLYTVM CARD. ESTENSEM

Centō VIII.

- Ec.5. **F**ORMOSI pecoris custos, Diuumq. sacerdos Æ.3.  
 Æ.11. **F**O decus Italia FERREA progenies, G.1.  
 Æ.8. *Expectate solo Laurenti, aurisq. Latinis,*  
 Æ.6. *Venisti tandem litus ad Ausonium* Æ.7.  
 Æ.6. *Sic equidem ducebam animo, rebarq. futurum,*  
 Æ.6. *Noctes atque dies tempora dinumerans.* Æ.6.  
 Ec.5. *Ipsi latitia voces ad sidera iactant*  
*In tonfi montes fertilis Ausonia,* Æ.9.  
 G.1. *Et lata pecudes, & ouantes gutture corui,*  
 G.3. *Balatu pecorum consonat omne nemus.* Æ.5.  
 Ec.3. *Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbos,*

Z 2 Omnia

Verifi-  
 simū  
 facit  
 pro-  
 po-  
 si-  
 tā Vir  
 gili-  
 ad  
 Col-  
 num  
 Florē-  
 tinorū  
 Ducē,  
 quod  
 Virg.  
 Tusci  
 amnis  
 filius  
 nā Oc-  
 nō Ma-  
 rug cō  
 ditor i  
 de ori-  
 ginem  
 duxit.

Allu-  
 dit ad  
 Ferrar-  
 iam il-  
 lius pa-  
 triam.

- Ec.7. *Omnia nunc rident, equora tuta silent.* A.11.
- Lilia, Ec.2. *Ecce ferunt nympha calathis tibi lilia plenis* Ec.2.
- figne Ec.2. *Pallentes violas, Cacropiumq; thymum;* G.4.
- Esten- Ec.2. *Ipse ego cana legam tenera lanugine mala,*
- Hum. G.3. *Eduamq; pyrum, castaneasq; nuces.* Ec.2.
- A.9. *Semper honore meo, semper celebrabere donis,*
- A.2. *Quo res cumque cadent, dum memor ipse mei:* A.4.
- Ec.5. *Vt Baccho, Cererique, tibi sic vota quotannis*
- G.2. *Mollibus in pratis agricola facient;* Ec.5.
- A.8. *Aspice qui coeant Tiberini ad fluminis undam* A.10.
- Ec.1. *Pastores ouium, pinguibus a stabulis.* G.4.
- G.4. *Te veniente procul vilkarum culmina fumant,* Ec.11.
- A.7. *Iustitiantq; dapes indomiti agricola.* A.7.
- A.7. *Teuthonico ritu vertunt crateras ahenos,* A.9.
- A.6. *Contendunt ludo, latitiaq; fremunt,* A.9.
- A.6. *Sacra canunt, shoreas plaudunt, tongo ordine matres* A.2.
- G.4. *Matres atque viri carminibus patrijs:* G.1.
- G.2. *Salve magne parens, magna Mauortis ad urbem* A.8.
- A.2. *Expectate venis littora nota petens:* A.2.
- Ec.5. *Vitis ut arboribus decori est, ut vitibus vna,*
- A.7. *Hesperia in magna tu decus omne tuis:* Ec.5.
- A.6. *Siste gradum, teq; aspectu ne subtrahere nostros;*
- Ec.5. *Montibus in nostris pascere oportet oves.* Ec.6.
- A.10. *Hic gelidi fontes, et prata recentia riuis,* A.6.
- G.2. *Hic ver assiduum, bis gravida pecudes,* G.2.
- G.2. *Adde tot egregias vrbes, gentemq; togatam* A.1.
- Numi-

- A.3. *Numina magna loci, magnanimosq; duces.* G.4.
- A.12. *Desine iam tandem terras tentare repostas* A.3.
- G.4. *Saxa per, et scopulos, hic tibi certa domus.* A.8.

## IN HOMERI MARMOREVM CAPVT

ROMAE EFFOSSVM.

Cento I X.

## VIRGILII PROSOPOPEIA.

- A.5. **O**PTIME Graiugenu, magna cui metē animūq; A.6.
- D**elius inspirat vates, diuine poeta Ec.4.
- A.6. *Venisti tandem magnam Mauortis ad urbem* A.8.
- A.6. *Quas te per terras, et quanta per equora vectum,* Hoc
- Accipio, o fama merito pars maxima nostra,* G.2. verif-
- A.10. *Te precor amissos hinc iam obliuiscere Gratos:* A.2. profo-
- Noster eris, fatis huc te poscentibus affers,* A.8. pope-
- A.8. *Hic tibi certa domus, certi, ne absiste, penates* iam.
- A.6. **M**ONTE sub aërio, cui nunc cognomen IULO. A.1. Iulū
- Ec.10 *Hic gelidi fontes, et prata recentia riuis,* A.6. III. P.
- G.2. *Hic ver assiduum, atque alienis mensibus est as* M. sc-
- Ec.7. *Strata iacent passim sua quaque sub arbore pama,* gni-
- Omnia nunc rident, pinguesq; in gramine lato* G.2. cat.
- Inter se aduersis luctantur cornibus hedi*
- G.4. *Te veniente ruunt effusi carcere currus* A.3.
- G.2. *Mollibus in PRATIS, Tiberini ad fluminis undā* A.10. Ita vo-
- Ec.9. *Purpurei cristis iuuenes, auroque corusci* cantur

Cor-

- campi  $\text{\AA}6.$  *Contendunt ludo, & fulua luttantur arena.*
- quidā in Ti-beris ripa. Propi-qui in liij III. Ponti- ficis. Max.  $\text{\AA}8.$  *Consonat omne nemus strepitu, studijsq. fauentum*  $\text{\AA}5.$
- $\text{\AA}5.$  *Ipsi letitia voces ad sidera iactant.*
- Intonsi MONTES, requierunt flumina cursus*  $\text{\AA}8.$
- $\text{\AA}2.$  *Vndique visendi studio Romana propago*  $\text{\AA}6.$
- $\text{\AA}2.$  *Circumfusa ruit, pueri, innuptaq. puella*  $\text{\AA}2.$
- Sacra canunt, plaudunt choreas, & carmina dicunt.*  $\text{\AA}6.$
- $\text{\AA}5.$  *Salve sancte parens, quo non praestantior alter*  $\text{\AA}6.$
- G.2. *Carminibus patrijs deducere montibus ornos,*  $\text{\AA}5.$
- $\text{\AA}4.$  *Sistere aquam fluuijs, Martemq. accendere cantu*  $\text{\AA}6.$
- Ec.4. *Tuq. adeo decus hoc aui, tu maximus ille es,*  $\text{\AA}6.$
- Vnus qui nobis, tot iam labentibus annis*  $\text{\AA}1.$
- Ec.1. *Et fontes sacros, inuentaq. flumina monstras.*  $\text{\AA}6.$
- Ec.5. *Ergo alacres siluas, & cetera rura voluptas,*  $\text{\AA}2.$
- Panaque, pastoresq. tenet, tibi lilia plenis*  $\text{\AA}7.$
- Ecce ferunt nymphae calathis, te maxima rerum*  $\text{\AA}5.$
- Roma colit, viridique aduelat tempora lauro,*
- $\text{\AA}8.$  *Paciferaq. manu ramum pratendit OLIVAE.*
- Oliua est in-figue Iulij. P. M.  $\text{\AA}1.$  *Ivlivs à magno demissum nomen IULO*
- $\text{\AA}6.$  *Hic vir hic est tibi quem promitti saepius audis,*
- $\text{\AA}8.$  *Flos veterum, virtusq. virum, iustissimus vnus*  $\text{\AA}7.$
- G.4. *Per populos dat iura, viamq. affectat olympo,*
- $\text{\AA}10.$  *Ipsē sedens clauumq. regit, velisq. ministrat,*
- $\text{\AA}6.$  *Missus in imperium, cali cui sidera parent,*  $\text{\AA}10.$
- $\text{\AA}3.$  *Inferniq. lacus, atque alta mœnia Roma:*  $\text{\AA}1.$
- $\text{\AA}6.$  *Quatuor hic inuictus equis conspectus in ostro*  $\text{\AA}3.$
- Victor

- $\text{\AA}8.$  *Victor ab Aurora populis, ad Tiberidis vndam,*  $\text{\AA}7.$
- $\text{\AA}3.$  *Caliculum Regi votum immortale sacrabit,*  $\text{\AA}8.$
- $\text{\AA}10.$  *Ni frustra augurium vani docuere parentes*
- $\text{\AA}7.$  *Maius opus, maior rerum mihi nascitur ordo:*  $\text{\AA}7.$
- Ec.1. *Fortunate senex, cithara fidibusq. canoris*  $\text{\AA}6.$
- Ec.2. *Tuq. ades, inceptumq. vna decurre laborem.*

## IN VILLAM IVLII III. PONT. MAX.

## Cento X.

- $\text{\AA}6.$  **M**ONTE sub acrio Tiberini ad fluminis vndā,  $\text{\AA}10.$  Mons & oli-ua inf- gnia ip- sus Pō- tif. Aquā virgi- nē in- telli- git. Allu- dit ēē ad por- tā Po- puli, qua i- tur in villam Iulij.
- $\text{\AA}3.$  **A**n te urbē inluco: decurrit tramite VIRGO  $\text{\AA}5.$
- Ec.5. *Dulcis aqua tenuis fugiens per gramina riuus,*  $\text{\AA}4.$
- $\text{\AA}7.$  *Nobilis, & fama multis memoratus in oris.*
- $\text{\AA}10.$  **P**OPVLEAS inter frondes, per leuia murmur  $\text{\AA}1.$
- Saxa ciet, scatebrisq. arentia temperat arua*
- G.3. **P**urior electro: DIVINI gloria RVVIS  $\text{\AA}1.$
- $\text{\AA}6.$  **R**EGIS ROMANI, cui nunc cognomen IULO.  $\text{\AA}1.$
- $\text{\AA}6.$  *Hunc circum casta virides, & olentia late*  $\text{\AA}4.$
- Serpilla, & lauri, & suauis rubens Hyacinthus,*  $\text{\AA}3.$
- G.4. *Et virides apio ripa, vescumq. papauer.*  $\text{\AA}4.$
- Ec.2. *Pallentes violas passim cum baccare tellus*  $\text{\AA}4.$
- G.2. *Fundit humo, & prolem tarde crescentis OLIVAE.*  $\text{\AA}2.$
- G.2. *Sunt & Aminea vites, firmissima vina:*
- G.2. *Sponte sua, quae se tollunt in luminis auras,*
- Ec.7. *Strata iacent passim sua quaq. sub arbore poma.*
- Quid

- Æ.3. *Quid memorē incertas Zephyris motatibus umbras* E.3.  
 Æ.6. *Fortunatorum nemorum, sedesq̄ beatas?*  
 E.4. *Errantes ederas? & amantes littora myrtos?* G.4.  
 G.4. *Iamq̄ ministrantē PLATANVM potantibus umbrā?*  
 Æ.2. *Vndique visendi studio Romana propago* E.6.  
 Æ.8. *Extremiq̄ hominum Morini, pictiq̄ Agathyrsi* E.4.  
 Æ.2. *Circum errant: nequeunt expleri corda tuendo,* E.8.  
 G.2. *Tot congesta manu praruptis oppida saxis:*  
 G.4. *Speluncisq̄ lacus clausos: genus omne natantum.* G.3.  
 Æ.6. *Nec vidisse semel satis est, iuvat vsque morari.*  
 G.2. *Quid maiora sequar? centum sublime columnis* E.7.  
 Æ.7. *Tectum augustum, ingens aquataq̄ machina calo:* E.4.  
 Æ.8. *Aurea nunc, olim syluestribus horrida dumis.*  
 Æ.6. *Vestibulū ante ipsum, mediaq̄ in valle THEATRI,* E.5.  
 Æ.8. *Ora virum: parij lapides spirantia signa:* G.3.  
 G.1. *LIBER, et alma CERES, et Troia CYNTHIVS auctor.* G.3.  
 E.10. *PAN Deus Arcadia. Dulces ante omnia MVSÆ.* G.2.  
 Æ.2. *Intemerata FIDES, multos seruata per annos:* E.2.  
 Æ.1. *Virginis os, habitumq̄ gerens. OLEAEQ̄ MINERVA* G.1.  
 Æ.7. *Inuentrix. curuam seruans sub imagine falcem*  
 Æ.2. *SATVRNVSQVE senex, & seruantissimus equi.*  
 Æ.8. *Ceruleus TIBRIS calo gratissimus amnis.*  
 Æ.6. *AVGVSTVS CAESAR. rerum pulcherrima ROMA.* G.2.  
 Æ.8. *Tergemini nece Gerionis, spolijsq̄ superbis*  
 Æ.7. *ALCIDES, domitor, debellatorq̄ ferarum.*  
 Æ.2. *Hic MARTEM indomitū gradientē, et dira frementē* E.10.  
 & Ve.

Allo-

- Æ.1. *Alloquitur VENVS: & collo dare brachia circum* E.2.  
 Æ.5. *Certa manet lacrymis oculos suffusa nitentis:* E.1.  
 Æ.8. *Illum indiganti similem similemq̄, minanti*  
*Adspiceres: referat stridentia limina CONSVL.* E.7.  
 Æ.12. *Ille avidus pugna, fidoq̄ accingitur ense,* E.7.  
 Æ.11. *Præcipitataq̄ moras, immani concitus ira,* E.9.  
 Æ.5. *Acer anhelanti similis, prospectat euntem,* E.7.  
 G.4. *Illa quidem, largoq̄ humectat flumine vultum.* E.1.  
 Æ.1. *O quam te memorem VIRGO, qua maxima SACRO* E.7.  
*Fonte sonans: calo ve quibus te laudibus aquem?* E.11.  
 Æ.1. *Nympharum domus hic, VIVOQ̄ sedilia saxo.* E.1.  
 G.2. *Inter enim labuntur aqua, mirabile visu.* E.12.  
 Æ.8. *Nympha Laurentes, præstanti corpore Nympha,* E.1.  
 G.4. *Cæsariem effusa nitidam per candida colla,*  
 Æ.7. *Corpora sub ramis deponunt arboris alta,* E.5.  
 Æ.6. *Floribus insidunt varijs, luduntq̄ per undas,* G.1.  
 G.4. *Ut cymbæ instabiles: humeris infundere rores,*  
 G.4. *Et studio incassum videas gestire lauandi:*  
 Æ.6. *Pars pedibus plaudūt choreas, & carmina dicunt.*  
 G.2. *Auia tum resonant auibus virgulta canoris.*  
 Æ.11. *Dant sonitum rauci per stagna loquacia cycni.*  
 G.3. *Balatu pecorum sylua intonuere profunda.* E.7.  
 E.1. *Hic inter densas corylas & plena secundum* G.3.  
*Flumina, muscus ubi, et viridissima gramine ripa,*  
 E.1. *PASTORES onium lati conuiuia curant:* G.1.  
 Æ.7. *Certatim instaurant epulas, & vina coronant.* G.1.  
 A a Tum

- G. 1. Tum laqueis captare feras, & fallere visco.  
 A. 8. Postquã exempta fames, canibus circumdare saltus, Ec. 10  
 G. 1. Auritosq; sequi lepores, & figere cervos. Ec. 2.  
 G. 2. O fortunatos nimium, sua si bona norint.  
 G. 2. Non absunt illis saltus, armenta q; lata, G. 2.  
 G. 2. Non liquidi gregibus fontes, non gramina desunt.  
 G. 3. Non lupus insidias explorat ouilia circum.  
 Ec. 1. Non umquam somnos abrumpit cura salubres. G. 3.  
 A. 11. O fortunata gentes, sub MONTIBVS altis G. 4.  
 A. 3. Vobis parta quies: nullum maris aquor arandum:  
 A. 9. Vobis picta croco & fulgenti murice vestis,  
 A. 10. Calati argenti, sunt auri magna talenta. A. 9.  
 Ec. 10. Atque utinam ex vobis vnus, vestriq; fuissẽ.  
 Ec. 1. ( Candidior postquam tondenti barba cadebat )  
 Ec. 10. Aut custos gregis, aut matura vinitor vna.  
 Io. Pe Ec. 1. Fortunata senex, picta vestis & auri A. 9.  
 trũ Fo A. 7. Cura tibi, & late custodia credita campi. A. 7.  
 rolluic A. 2. Ergo age care pater susceptum perfice munus: A. 6.  
 sũ epi Ec. 2. Nec te pœniteat segeti pratendere sepem,  
 scopũ intelli Ec. 2. Insidias auibus moliri, incendere vepres:  
 git. G. 1. Effetos cinerem immundum iactare per agros,  
 G. 1. Balantumq; gregem fluuio mersare salubri.  
 A. 6. Te quoq; magna manet, opera ad maiora remittet A. 12.  
 A. 3. Ne dubita, rex idem hominum Phœbiq; sacerdos A. 3.  
 A. 1. IVLIVS, à magno demissum nomen Iulo.  
 G. 3. Interea Dryadum syluas de culmine summo A. 7.  
 Hado-

- Ec. 2. Hadorumq; gregem, custodi & consule longe. A. 9.  
 A. 11. At iuuenis tonsa folijs ornatus OLIVAE G. 3. Inno-  
 G. 2. Ipse dies agit at festos dilectus IULO A. 5. cœius  
 A. 8. Aruorum pecorisq; DEO, pecorisq; magistris G. 2. Card.  
 Velocis iaculi certamina ponit in volmo. tius.  
 G. 3. Post hinc digressus, medijs in vallibus acri A. 4.  
 Gaudet equo, iamq; hos cursu, iam praterit illos.  
 A. 12. Emicat in currum, & manibus molitur habenas:  
 A. 12. Ante notos, zephyrumq; volat: MONTESQ; per altos G. 3.  
 A. 5. Veloces iaculo cervos, cursuq; fatigat.  
 G. 3. Primus & ire viam, & fluuios tentare minaces A. 6. Fabia-  
 Audet, & insano iuuat indulgere labori. nũ in-  
 G. 3. Tantis amor laudum, tanta est victoria cura. telligit  
 A. 9. Te vero venerande Puer, quo carmine dicam, G. 2. Baldi  
 A. 12. Cui genus à proavis ingens: tibi ducitur uxor: Florẽ- ni Mõ  
 Sparge marite nuces, vulgo nascetur Amomum. Ec. 4. tinorũ  
 Ec. 5. Fortunata Puer, regnumque, & regia coniux A. 2. Ducis  
 Parta tibi: tibi pampineo gravidus Autumno G. 2. gene-  
 Floret ager: spumat plenis vindemia LABRIS. rum.  
 Ec. 5. Ergo alacres syluas, & cetera rura voluptas, A. 2. Allu-  
 Panaq; PASTORESQ; tenet, MONTEMQ; seuerum. A. 7. dit ad  
 A. 9. At tu MAGNE Pater, rerum cui summa potestas A. 10. libra  
 A. 1. Os, humerosq; DEO similis, cum fratre Quirino A. 1. maron.  
 Ec. 5. Sis bonus ò felixq; tuis, pone ordine vites; Ec. 1. pulch-  
 Ec. 2. Castaneasq; nuces, syluestres infere truncos G. 2. errima  
 Ec. 5. MONTIBVS in nostris ramo FELICIS OLIVAE. A. 6. ac ve-  
 A a 2 Omnia no 121

tū ver G. 2.  
 su gen  
 tilicia Æ. 8.  
 Mon-  
 riorū Ec. 5.  
 ifignia  
 expri- Æ. 3.  
 mit.

*Omnia sint paribus numeris dimensa viarum.*  
*Hic tibi certa domus, certi (ne absiste) penates:*  
*Hac tibi semper erunt, carpent tua poma nepotes, Ec. 9.*  
*Et nati natorum & qui nascentur ab illis.*

## HIPPOLYTI CAPILVPI

A D I V L I V M I I I I.  
 P O N T. M A X.

**V**IRGILIUS cecinit diuini ruris honores,  
 Et sacri fontis murmur IULE tui.  
 Nulla fugit tā dulce sonans pede lympha per herbas.  
 Non vsquam floret tam bene cultus ager.  
 Hac igitur merito celebrauit Musa Maronis.  
 Non alio poterant dulcius ore cani.



BENE:

BENEDICTVS AEGIVS  
 AD LAELIVM CAPILVPVM.

**S**I vera est Lali Samj sententia vatis,  
 Qua tua nunc anima est, ante Maronis erat.

LAELII CAPILVPI  
 AD BENEDICTVM AEGIVM  
 Cento XI.

Æ. 11. **O** Præstans animi longa cum veste sacerdos Æ. 6.  
 Æ. 3. Flos veterū virtusq; virum, diuine Poeta. Ec. 5.  
 Ec. 5. Quæ tibi, quæ tali reddam pro carmine dona?  
 Æ. 2. Dij, si qua est calo pietas quæ talia curet,  
 Æ. 1. Præmia digna ferant, grates persoluere dignas, Æ. 1.  
 Non opis est nostræ. Sat erit tua dicere facta Ec. 4.  
 Æ. 4. Nunc, olim, quocumque dabunt se tempore vires.  
 Æ. 4. Quid loquor? aut ubi sū? quæ mētē insania mutat?  
 Ec. 9. Omnia fert ætas, & quo te carmine dicam. G. 2.  
 Æ. 6. Jam senior? non lingua valet, non corpore nota Æ. 11.  
 Sufficiunt vires, quatit ager anhelitus artus. Æ. 5.  
 Æ. 11. Dicam equidem fretus cithara, fidibusq; canoris Æ. 6.  
 Æ. 10. Fatidica Mantus, si quis tamen hæc quoque, si quis Ec. 6.  
 Captus amore leget, Tiberini ad fluminis undam Æ. 10.  
 Ec. 6. Te nemus omne canet, tu seruantissimus equi. Æ. 2.  
 Ec. 5. Tu decus omne tuis, magnā Mauortis ad urbem. Æ. 8.

Cura

Is eni  
Vati-  
cane  
basili-  
ca be-  
neficia  
12<sup>o</sup> est.

- Æ.7. *Cura tibi diuūm effigies & templa tueri,*  
 Ec.1. *Et fontes sacros arces quibus altus Apollo*      Æ.6.  
*Præsidet, & cantu vocat in certamina diuos.*      Æ.6.  
 Ec.3. *Sis bonus & felixq. tuis, cui carmina semper*      Æ.11.  
*Et cythare cordi, dum spiritus hos reget artus*      Æ.4.  
 Æ.8. *Semper honore meo, semper celebrabere donis.*



L. FVL-



L. FVLVIVS VRSINVS  
LECTORIS.



ANTONIVS Possuetinus, iuuenis cum mo-  
 rum suauitate & elegancia, tum etiam eru-  
 ditione incredibili, hosce Laelij Capilupi  
 Centones miro artificio à Virgilianis versi-  
 bus concinnatos, ab auctore quotidianis  
 propè conuicijs extortos ediderat. Cum au-  
 tem Laelius pro singulari sua in viros bonarum artium & lit-  
 terarum studiosos beneuolentia, nonnulla mihi illorum ex-  
 emplaria litteratis arbitratu meo condonanda dedisset, Be-  
 nedictum Aegium Spoletinum, qui quanta sit doctrina, &  
 humanitate præditus, neminem latere existimo, tanto mu-  
 nere non indignum esse censui. Is verò, vbi id operis perle-  
 git, supra editum distichum huic argumēto accommodatum  
 conscripsit, mihiq. legendum dedit: quod cum ego memo-  
 riæ mandassem, paulo post Capilupo obuiam factus, recita-  
 ui. Qui statim pro disticho, vt est memoriæ, iudicij, sapien-  
 tiæ, & liberalitatis eximiae, feracissimam terram imitatus,  
 solidum Centonem in B. Aegij laudem vel sesquihoræ spa-  
 tio composuit. Quocirca operæpretium me facturum arbi-  
 traturs, volens libensq. pro Antonio Possuetino mei longè om-  
 nium amantissimo, cui, quòd aberat, id reliquum confice-  
 re non licebat, extrema hac pagella hunc quoque Cento-  
 nem, vt duorum simul amicorum immortalitati hac etiam  
 in parte consuleretur, iisdem typis impressum appingen-  
 dum curauit. Vale.

D E

DE LAVDIBVS ILLVSTRIS:  
CHRISTOPHORI MADRVCCII:

CARD. TRID. ET SACRI ROM. IMP. PRINCIPIS.

Centō XI I.

- Æ.10. **F**ATIDICAE Mātus dulces ante omnia Musa G.2.  
 Ec.2. Mecū vna in syluis, tiberini ad fluminis vudā Æ.10.  
 Ec.3. Dicite, quandoquidem in molli consedimus herba,  
 Allu- Æ.1. Insignem pietate virum, cui regia paret Æ.7.  
 dit ad G.2. Dives opum, magno tellus percussa TRIDENTI, G.1.  
 vrbem Tridē tem. Æ.6. Monte sub aërio, septem subiēcta Trioni. G.3.  
 Ec.6. Pergite Pierides, stratum silet aquor, & omnes Ec.9.  
 Ec.2. Nunc etiam pecudes umbras & frigora captant.  
 Ec.10. Non canimus surdis, illi mea carmina cura, Ec.3.  
 Æ.11. Ipse suas arteis, sua munera latus Apollo  
 Æ.5. Donat habere viro, quo non praestantior alter Æ.6.  
 Ec.6. Cantando rigidas deducere montibus ornos.  
 Ache- Æ.9. Sive padi ripis ATHESIM seu propter amœnum  
 sis flu- Ec.6. Ille canit, placidi strauerunt aquora venti, Æ.5.  
 uis Tri- dentē vrbem  
 Ec.8. Et mutata suos requierunt flumina cursus.  
 perla- Æ.1. Hic canit errantem Lunam, solisq; labores.  
 bitur.  
 G.1. Aestusque, pluiasque, & agentes frigora ventos,  
 G.2. Unde tremor terris, qua vi maria alta tumescant,  
 G.4. Unde pater Tiberinus, & unde Aniena fluenta.  
 Ec.6. Caucasasq; refert volucres furtūq; Promethei.  
 Æ.1. Bellaq; iam fama totum vulgata per orbem.

Fiden-

- G.3. Fidentemq; fuga Parthum, versisq; sagittis,  
 G.8. Utq; acreis concussit equos, utq; impulit arma  
 Æ.6. Augustus Caesar ferrugine clarus Ibera.  
 Æ.8. Vt bello egregias idem disiecerit urbeis  
 Æ.7. Europa atq; Asia, LVNATIS Q. agmina peltis  
 Ec.7. Ille canit, pulsa referunt ad sydera valles,  
 G.3. Et vox assensu nemorum ingeminata remugit.  
 G.1. Felix qui potuit rerum cognoscere causas:  
 Æ.7. Nobilis, & fama multis memoratus in oris.  
 Æ.11. Largus opum, & lingua melior; iustissimus vnus Æ.7.  
 G.4. Per populos dat iura, viamq. affectat Olympo.  
 Æ.4. Centum aras posuit, posuitq. immania templa Æ.5.  
 Æ.3. Calicolum Regi. Tyrio conspectus in ostro G.3.  
 G.3. More PATRVM plena supplex veneratur acerra Æ.5. More.  
 Æ.6. OMNEIS calicolas; cumulatq. altaria donis, Æ.11. Cardu.  
 G.1. Nec torpere graui passus sua regna veterno, nalū.  
 Æ.2. Is genus indocile, ac dispersum montibus altis  
 Composuit, legesq. dedit, iuuenumq. senumq. Æ.9.  
 Æ.5. Inuit at pretijs animos, & premia ponit.  
 Æ.10. Nunc prece, nunc dictis, virtutem accendit amaris  
 Æ.11. Nomine quemq. vocans. totoq. ardentis ab ore Æ.11.  
 Scintilla absistunt, oculis micat acribus ignis.  
 G.4. Ille operum custos, illum admirantur, & omnes  
 Circumstant, tantum egregio decus enitet ore, Æ.4.  
 Æ.5. Grator & pulchro veniens in corpore virtus.  
 G.4. Mores, & studia, & populos, & crimina discit, Æ.6.  
 B b Regno.

- Æ.4. *Regnorum immemores, turpiq; cupidine captos*
- Æ.6. *Castigatque, auditq; viros, & carcere frenat.* Æ.1.
- G.3. *His animaduversis, olli certamine summo* Æ.5.
- Æ.4. *Imperio lati parent, ac iussa facessunt.*
- Æ.9. *Venatu inuigilant pueri, silvasq; fatigant,*
- Æ.6. *Contendunt ludo, & fulua luctantur arena.*
- G.2. *At patiens operum, paruog; assueta iuuentus,*
- G.1. *Et prensos domitare boues, & vertere terram.* G.1.
- G.3. *Impendunt curas, subiguntq; in cote secures;* Æ.7.
- Signaq; ferre iuuat, sonitusq; audire tubarum.*
- G.2. *Condit opes alius, grandaui opida cura.* G.4.
- Intel- Æ.7. *Religione sacra, & pauidæ longo ordine matres* Æ.2.
- ligit, i- Æ.8. *Omnibus in templis incensa altaria circum* Æ.8.
- niatas Æ.5. *Dona ferunt, onerantq; aras, atque oscula figunt.* Æ.2.
- facris Æ.7. *Ast alia tremulis dum fufis mollia pensa* G.4.
- virgi- Æ.7. *Deuoluunt, (pendent dulces circum oscula nati)* G.2.
- nes, Æ.3. *Aduoluere focis vlnos, cantusq; dedere.* Æ.1.
- quas Æ.1. *Aufus & ipse manu iuuenum tentare laborem,*
- vulgò Æ.6. *Hortatur socios, paribusq; accingitur armis.*
- Monia G.3. *Tantus amor laudum, tanta est victoria cura.*
- les ap- Æ.7. *Intentos voluens oculos, opera omnia lustrat.* Æ.4.
- pellâr. G.3. *Stare loco nescit, viresq; acquirit eundo.* Æ.4.
- Ast a- G.4. *Solus Hyperboreas glacies, & frigora Rheni,* Ec.10.
- lie id- Ec.1. *Aut Ararim, & toto diuisos orbe Britannos* Ec.1.
- est nu- Æ.9. *Lustrat equo, (insano iuuat indulgere labori)* Æ.2.
- ptæ. Æ.7. *Dum paci medium se offert: terraque, marique,* Æ.10.
- Itq;

- Æ.6. *Itq; reditque, actosq; animis in funera reges* Æ.7.
- Æ.12. *Suppliciter venerans verbis compellat amicus:* Æ.2.
- Æ.8. *Paciferaq; manu ramum pratendit oliua.*
- Æ.10. *Edocet, humanis qua sit fiducia rebus,*
- Æ.10. *Admonet immiscetq; preces: Deus obstruit aures.* Æ.4.
- Æ.11. *Flli armis in regnarunt, crudelis ubiq;* Æ.12.
- Luctus, ubiq; pauor, & plurima mortis imago:*
- Æ.7. *Multa Deos, aurasq; pater testatus inaneis,*
- Æ.10. *It lacrymans largoq; humectat flumine vultum.* Æ.1.
- G.3. *Saxa per et scopulos perplexu iter omne reuoluens.* Æ.9.
- G.4. *Quid faceret? quoniam superis auersa voluntas?* Æ.12.
- Æ.4. *Quin etiam eximia laudis succensus amore,* Æ.7.
- G.4. *Rupe sub aëria, designat mœnia fossa,* Æ.7.
- Moliturq; locum, caloq; educere certat.* Æ.6.
- Æ.7. *Tectum augustum ingens, cœtum sublime columnis,*
- Æ.6. *Quo lati ducunt aditus centum, ostia centum.*
- Ec.1. *Pastores ouium tot iam labentibus annis* Æ.3. Vrbîñ
- Æ.7. *Consilio hanc omnes, animisq. volentibus urbem* Epitco
- Æ.2. *Vndiq. collecti vasto certamine tendunt.* Æ.12. pos fi-
- Æ.8. *Religione PATRVM magno turbante tumultu,* Æ.6. gnifi-
- Æ.3. *Omnibus idem animus rebus succurrere fessis.* Æ.11. cat.
- Ec.3. *Hic alienus oues custos bis mulget in hora,*
- G.2. *Vt gemma bibat, & sarrano dormiat ostro.*
- Ec.3. *Et succus pecori, & lac subducitur agnis.*
- G.2. *Hic petit excidijs patriam, paruosq. nepotes,* G.2.
- G.3. *Spemq. gregemq. simul, cunctamq. ab origine gentē.*
- Bb 2 Vifce-

- Hic la  
tet fen  
fus Al  
legori  
c, quo  
racitè  
figni-  
cat lu-  
terios  
hegeti  
cos, q  
omnia  
conta-  
mina-  
runt, ac  
sacras  
litteras  
in aliū  
sensū  
traxe-  
runt, ali  
ter ac  
vete-  
res, &  
pitrhe-  
ologi  
sunt in  
terpre-  
tati.  
Nam  
Theu-  
tones  
Here-  
tici in  
sacris  
edibus  
epulā.  
rur, ac  
pgræ-  
catur.  
Tridè  
tinam  
syno-  
dū eca-  
meni-  
cā ini-  
bi supe-  
riorib⁹  
annis  
cele-  
bratā  
intelli-  
git.
- Æ.3. *Visceribus miserorum & sanguine vescitur atro.*  
 Æ.5. *Oblitus decorisq. sui, sociumq. salutis,*  
 G.3. *Corruptiq. lacus, infecit pabula tabo.*  
 G.3. *Dira per incautum serpunt contagia vulgus.*  
 G.3. *Turpis oues tentat scabies, miserabile visu,*  
 G.3. *Diffugiunt armenta, furit mugitibus at her.*  
 G.3. *Balatu pecorum sylua insonuere profunda.*  
 Æ.8. *Quid memorem infandas cades desertaq. regna*  
*Pastorum, & longe saltus lateq. vacantes?*  
 Æ.5. *Multi praterea media testudine templi,*  
 Æ.7. *Theutonico ritu, vertunt crateras ahenos.*  
 G.4. *Inter sacra Deum, somno vinoq. sepulti,*  
 Æ.5. *Pars spoliant aras, contactuq. omnia fedant,*  
 Æ.6. *Ausi omnes immane nefas, ausoq. potiti.*  
 Æ.11. *Ergo CONCILIVM magnum, populusq. patresq.*  
 Æ.5. *Vndique conueniunt, socia simul vrbe fruuntur.*  
 Æ.12. *Ille humilis, supplexque, ad sese in tecta vocauit,*  
 Æ.8. *Aurea nunc, olim syluestribus horrida dumis.*  
 Æ.11. *Atque hic LEGATOS medio flagrante tumultu*  
 Æ.6. *Regis Romani, rerum cui summa potestas*  
 Æ.5. *Excipit, ac fessos opibus solatur amicis.*  
 Æ.6. *Aurea fulcra toris, epulaq. ante ora parata*  
 Æ.9. *Regifico luxu: per limina lata frequentes*  
 Æ.9. *Purpurei cristis iuuenes, cereremq. canistris*  
 Æ.9. *Expediunt, tonsisq. ferunt mantilia villis.*  
 Æ.9. *Discurrunt variantq. vices: it pectore summo*  
 Flexilis

- Flexilis obtorti per collum circulus auri.  
 Æ.8. *Aurea casaries ollis, atque aurea vestis.*  
 Æ.1. *Postquam exempta fames epulis, populūq. patresq.*  
 Æ.5. *Muneribus cumulat magnis, ouiumq. magistros*  
 Æ.1. *Omnibus exhaustos iam casibus, omnium egenos.*  
 Æ.1. *Ingens argentum socios partitur in omnes.*  
 G.2. *Illusasq. auro vestes, auriq. talenta,*  
 Æ.7. *Instratos ostro alipedes, pulchrosq. tapetas*  
 Æ.1. *Ferre iubet, veterum non immemor ille parentum.*  
 Æ.10. *Hoc virtutis opus, quo non prestantius vllum,*  
 Æ.1. *Hic vir hic est tibi quem promitti sapius audis*  
 Æ.8. *Tibri pater, si vquam regnandā acceperit Albā,*  
 Æ.6. *Romanosq. tuos, pietate insignis & armis*  
 Æ.6. *Proferet imperium super & Garamantas & indos*  
 Æ.6. *Extra anni solisq. vias, atque aurea condet*  
 Æ.6. *Secula, & incipient magni procedere menses.*  
 Ec.4. *Non rastro patietur humus, feret omnia tellus*  
 G.2. *Sponte sua, asyrium vulgo nascetur amomum.*  
 Ec.4. *Et dura quercus sudabant roscida mella.*  
 Ec.8. *Cum canibus timidi venient ad pocula dama.*  
 Ec.4. *O mihi tam longa maneat pars vltima vita,*  
 Æ.8. *Flos veterum virtusq. virum, templiq. sacerdos,*  
 Ec.4. *Spiritus & quantum sat erit tua dicere facta.*  
 Ec.4. *Non me carminibus vincet formosus Apollo.*  
 Ec.6. *Te nemus omne canet, vicinaq. Tibridis arua,*  
 G.3. *Turbidus & torquens flauenteis Ister arenas.*  
 Extre-

Rema  
ni: ſi-  
mi Pō  
tif.

Æ.4. Ger-  
mano-  
rū ma-  
ximè  
moſi  
dicat,

Æ.1. quip-  
pe qui

Æ.11. eorum

Æ.9. nobi-  
les au-  
reis

Æ.5. torqui-  
bus in-

Æ.12. ſigni-  
ficat, &

Æ.6. quorū  
capilli  
flauē-  
tunt.

Æ.6. ſunt.

Æ.6.

Æ.6.

Ec.4.

- Æ.8. *Extremiq. hominum Morini, Rhenusq. bicornis.*  
 Æ.5. *Tum genus omne tuū, genus alto à sanguine diuūm.* Æ.5.  
 Æ.3. *Cantantes sublime ferent ad sidera Cygni.*

AD PAVLVM QVARTVM  
 PONT. MAX.

Centio XIII.

- Sebe-  
th<sup>2</sup> au-  
uius  
neapo-  
lim p-  
fluit: ar-  
râtem  
terris  
dixit  
nâmo-  
res ho-  
minū  
multo-  
rum vi-  
dic & G. f.  
vrbeis
- Tri-  
remes  
duas i-  
telli-  
git ab-  
ductas  
neapo-  
lim ab  
Ale-  
xandro  
Sortia  
fiatre.
- Æ.5. **S**ALVE sancte Parēs, rerum cui summa potestas, Æ.10.  
 Æ.1. **O**s, humerosq. Deo similis, SEBETHIDE Æ.7.  
     *Nympha*  
 Æ.5. *Quem genuit: multa q. insignem reddidit arte* Æ.5.  
 Æ.1. *Omnibus errantem terris, formosus Apollo.* Ec.4.  
 Æ.1. *Ad te confugio, & supplex tua numina posco,*  
 Æ.5. *Brachia protendens, semper miserate labores* Æ.6.  
 Æ.9. *Fertilis Ausonia, propius res aspice nostras;* Æ.1.  
 Æ.1. *Qui Tuscum Tiberim, et Romana palatia seruas*  
 Æ.1. *Parce pio generi, pietate insignis, & armis;* Æ.6.  
 Æ.3. *Parce pias scelerare manus, Rex optime regum.* Æ.11.  
 Æ.12. *Desine iam tandem, precibusq. inflectere nostris:*  
 Æ.9. *Pœnarum exhaustum satis est. Romana propago* Æ.6.  
 G.4. *Stat lacrymans, largoq. humectat flumine vultum.* Æ.1.  
 Æ.12. *Suppliciter venerans. Tota quod mente petisti* Æ.4.  
 Æ.6. *Stant sale Tyrrheno classes ad Tiberidis undam,* Æ.7.  
 Æ.2. *Ergo age care Pater, da (non indebita posco)* Æ.6.

Inco-

- Æ.10. *Incolument ASCANIVM, magno turbante tumultu* Æ.6. Guido  
 Æ.10. *Reddē, oro, miseris, pacem te poscimus omnes,* Æ.11. canij  
 Æ.8. *Vna omnes iuuenum primi, prisca, Quirites* Æ.7. Card.  
 Æ.12. *Ulterius ne tende odijs. ANTONIVS armis* Æ.8. qui At  
 Æ.10. *Viribus imparibus regnis excessit auitis.* G.3. canius  
 Æ.4. *Sola domo maret vacua gratissima coniux,* Æ.10. in Ae-  
 Æ.11. *Hos inter motus, mentem turbata dolore* Æ.11. lliã Ar-  
 G.3. *Labitur INFELIX, & pelle Libydidis VRSAE* Æ.5. cē con-  
 Æ.4. *Incubat, illum absens absentem auditq. videtque,* Æ.10. clusus  
 Æ.12. *Et roseas laniata genas, discindit amictus,* Æ.11. fuerat  
 Æ.4. *Et crines flauos, immugit Regia luctu* Æ.11. M. An  
 Æ.4. *Lamentis gemituque, ingenti adnixa COLUMNAE,* Æ.5. Colu-  
 Æ.2. *Dum stabat Regno, multos dominata per annos.* Æ.2. mna  
 G.2. *Magna parens mastis late loca questibus implet;* G.4. Felicē  
 Æ.4. *Tergq. quaterq. manu pectus percussa decorum,* Æ.11. Vrina  
 Æ.7. *Multa super nato lacrymans. Miserere precantis* Æ.11. M. An  
 Æ.5. *Summe Pater, miserere domus labentis, & istam* Æ.4. tonij  
     *Oro (si quis adhuc precibus locus) exue mentem,*  
 Æ.5. *Sancte Parens, tanta, ne animis caelestibus ira?* Æ.11. vxorē  
 Æ.12. *Pro Latio obtestor, pro maiestate tuorum* Æ.11. infeli-  
 Æ.6. *Proijce tela manu, si quid mea carmina possunt,* Æ.9. cē ab  
 Æ.1. *Semper honos, nomenq. tuum, laudesq. manebunt.* Æ.11. euen-  
 Æ.10. *Hoc virtutis opus, quo non præstantius ullum,* Æ.12. tu ap-  
 Æ.6. *Parcere subiectis, & debellare superbos.* Æ.12. pellat  
     & allu-  
     dit ad  
     fami-  
     liã Co-  
     lunã.  
     magna  
     patēs  
     Io. A-  
     rago-  
     nia M.  
     Anto-  
     nij ma-  
     trē.

AD

AD INSVBREIS

AD QVOS PROREGE MISSVS EST ILL.

CHRISTOPHORVS MADRVCCIVS,

CARDINALIS TRIDENTINVS,

ET SACRI ROM. IMP. PRINCEPS.

## Cento XIV.

- G.2. **S**ALVE magna parens frugū, plebisq; patrumque, G.2.  
 A.3. Terra antiqua potēs, dum fata Deusq; sinebāt A.4.  
 G.2. Diues opum, tardis ingens ubi flexibus errat G.3.  
 G.1. Flusiorum rex Eridanus turbata procellis G.3.  
 A.7. Europa atque Asia, atque atro tepefacta cruore A.9.  
 A.7. Arma inter regum duro sub Marte cadentum. A.12.  
 A.3. Ecce tibi, calum & terras qui numine torquet A.4.  
 A.10. Omnipotens genitor, claro demittit olympo A.4.  
 A.1. Insignem pietate virum, post multa tuorum A.2.  
 Funera, post varios hominumq; urbisq; labores  
 A.6. Hic vir, hic est, tibi quem promitti sepius audis :  
 A.3. Ne dubita, nam vera vides, timor omnis abesto, A.11.  
 A.8. Neu belli terrere minis. Terraq; marique, A.10.  
 A.6. Huius in aduentu quo non praestantior alter A.6.  
 A.7. Tutari Italiam, detrudere finibus hostem :  
 A.1. Omnia tuta vides, tremuerunt motibus Alpes, G.1.  
 A.7. Et trepida matres pressere ad pectora natos.  
 A.5. Montibus in nostris sonuerunt omnia plausu A.5.

Vrbis  
Medio  
lani.

Ma-

- G.4. Magnanimum heroum: calum tonat omne fragore A.9.  
 A.3. AERE cauo, crebris collucent ignibus agri: A.11.  
 A.2. Exoritur clamorq; virum, clangorq; tubarum.  
 A.11. Moenibus in patrijs primauo flore iuuentus A.7.  
 A.8. Tela tenent, pugnaq; cient simulachra sub armis: A.5.  
 A.5. Frenatis lucent in equis. longo ordine matres A.2.  
 A.2. Sacra canunt, plaudunt choreas & carmina dicunt. A.6.  
 A.5. Ipsi letitia voces ad sydera iactant  
 A.1. Pastores ouium, respondent omnia sylua. A.10.  
 A.1. O fortunati nati melioribus annis, A.6.  
 A.3. Vobis parata quies: redeunt Saturnia regna. A.4.  
 A.6. Et metus, & male suada famas tremefacta refugit: A.12.  
 A.8. Et belli rabies magno percussa TRIDENTI. G.1.  
 A.5. Ergo agite & cuncti tantarum in munere laudum A.8.  
 A.5. Spargite humum folijs, & pocula porgite dextris, A.8.  
 Communemq; vocate Deum: Sactum mihi numen; A.8.  
 A.9. Ipse tibi ad tua templa feram solemnia dona.  
 A.1. Multa tibi ante aras nostra cadet hostia dextra.  
 A.9. At tu magne Pater, pietate insignis & armis, A.6.  
 A.5. Sis bonus o felixq; tuis, in te ora Latini A.12.  
 In te oculos referunt miserantem incōmoda nostra. A.8.  
 A.1. Omnibus exhaustos iam casibus omnium egenos  
 A.3. Adspice nos, praesens nostro succurre labori. A.9.



C c

A D

AD HENRICVM SECVNDVM  
GALLORVM REGEM.

## Cento XV.

## VRBIS SENAE PROSOPOPEIA.

- Æ.12. **O** PRAESTANS animi iuuenis Rex optime Regū Æ.12.  
 Æ.7. Europa atque Asia, grates persolvere dignas Æ.7.  
 Non opis est nostræ, sat erit tua dicere factæ Æ.4.  
 G.2. Carminibus patrijs, omnes supera alta tenentes Æ.6.  
 Æ.2. Præmia digna ferant; dum spiritus hos reget artus Æ.1.  
 Æ.8. Semper honore meo semper celebrare donis;  
 Æ.9. Nulla meis sine te quæretur gloria rebus:  
 Seu pacem seu bella geram. Tu maximus ille es Æ.6.  
 Unus qui nobis, magno turbante tumultu,  
 G.10. Tela inter media, & per tot discrimina rerum, Æ.1.  
 Æ.6. Venisti tandem claro demissus olympo:  
 Æ.8. Nec te ulla facies, non terruit ipse Thyphæus  
 Æ.4. Monstrū horrendū ingens, centū cui brachia dicunt Æ.10.  
 Centenasq; manus, cui quot sunt corpore plumæ.  
 Tot vigiles oculi subter, cui tristia bella  
 Iraq; insidiæq;, & crimina noxia cordi,  
 Æ.3. Haud ignata loquor, tot iam labentibus annis Æ.3.  
 G.5. Montibus in nostris, mediæq; in valle Theatri, Æ.5.  
 Æ.1. Cana fides & vesta, Remocum fratre Quirinus  
 Jura dabant, donec paulatim ac decolor atas,  
 Et belli

- Et belli rabies, & amor successit habendi  
 Æ.6. Huius in aduentu, quo non præstantior alter, Æ.6.  
 Æ.8. Ore vomens ignes, armare in prælia fratres,  
 Atque odijs versare domos, discordibus armis. G.1.  
 Æ.5. Procubuisse LVPAM cuncti se scire fatentur, Æ.11. Lupa  
 Æ.1. Horresco referens: pedibus Iouis armiger uncis, Æ.9. ifigne  
 Æ.9. Suadet enim vesana fames, manditq; trahitq;. vibi  
 Æ.5. Aegram indignantem, rostroq; immanis obunco Æ.6. Senæ.  
 Æ.9. Sternit humi, & miseros morsu depascitur artus; Æ.2.  
 G.3. Ut vidi ut perij; miseræ calor ossa reliquit, Æ.9.  
 Æ.2. Ex illo horrifico lapsu de montibus adsunt Æ.3.  
 Æ.6. Gorgones Harpyæ, variarum monstra ferarum; Æ.6.  
 Æ.5. Terribiles visu forma, fœdissima ventris Æ.3.  
 Prolunies, uncaq; manus & pallida semper  
 Ora fame.  
 Æ.5. Nec nos obniti contra, nec tendere tantum  
 Æ.12. Sufficiunt vires, nec spes opis vlla dabatur. Æ.3.  
 Æ.2. Nos pauidi trepidare metu, pauperq; senatus  
 G.4. Quid faceret? varia confusus imagine rerum: Æ.12.  
 G.1. Nec spes libertatis erat: nec multa talenta: Æ.10.  
 G.3. Multa gemens ignominiam, victosq; penates Æ.1.  
 G.4. Stare lacrymans, unum quod rebus restat egenis Æ.10.  
 Æ.8. Ante aras plena supplex veneratur acerra. Æ.5.  
 Æ.2. Affaturq; Deum tendens ad sidera palmas.  
 Æ.1. Nate patris summi tuq; o sanctissima Vates Æ.6.  
 Æ.2. Alma parens, præsens nostro succurre labori: Æ.9.  
 Cc 2 Dy

- Æ. 2. *Dij patrij seruate domum, populumq; patresque,* Æ. 4.  
 Æ. 3. *Et placidi seruate pios: subit ira cadentem,* Æ. 1.  
*Placisci patriam & sceleratas sumere pœnas:*  
 Æ. 9. *Tu Dea, tu presens audacibus annue cœptis:* G. 1.  
 Æ. 5. *Vix hac ediderat, ruere omnia visa repente,* Æ. 3.  
*Tirrhenuſq; tuba mugire per athera clangor,*  
 Æ. 4. *Intremuere vnda penitusq; exterrita tellus* G. 1.  
*Italia, insolitis tremuerunt motibus Alpes:*  
 Æ. 9. *Nec longum in medio tempus, cum clamor ad auras*  
 Adlu. Æ. 12. *Bellantum iuuenum; manibus date LILIA plenis,* Æ. 6.  
 dit ad Æ. 9. *Ferte citi ferrum, date tela, scandite muros;*  
 Regis Æ. 12. *Scala improviso: subitusq; apparuit ignis;*  
 ſignific. Æ. 2. *Fit via vi, in ferrum pro libertate ruebant.* Æ. 3.  
 Æ. 2. *Exarsere ignes animo; primosq; trucidant.* Æ. 2.  
 Æ. 2. *Portarum vigiles: vastosq; ab rupe Cyclopas.* Æ. 3.  
 Æ. 2. *Fudimus infidijs, totaq; agitauimus vrbe:*  
 Æ. 2. *Plurima perq; vias sternuntur inertia paſſim*  
*Corpora, Dij talem terris auertite peſtem.* Æ. 3.  
 Æ. 4. *At Pius AENEAS, pietate insignis & armis,* Æ. 6.  
 Aeneas Æ. 12. *Primus in aduerſos telum qui torſerat hoſtes,*  
 Picolo Æ. 1. *Aufus & afflictiſ melius conſidere rebus:*  
 mine. Æ. 10. *Lumina voluit, obitq; truci procul omnia viſu:*  
 Æ. 12. *Veſtigatq; virum, crimenq; caputq; malorum:* Æ. 12.  
 Æ. 10. *Cuius olorina ſurgunt de vertice penna,*  
 Æ. 9. *Pictus acu chlamidem, & ferrugine clarus Ibera,*  
 Æ. 6. *Ille autem, neq; enim membris dat cura quietem,* Æ. 10.

Con-

- Æ. 11 *Conſcius audacis facti, Mauortis ad Urbem.* Æ. 3.  
 Æ. 2. *Abdiderat ſeſe, patria communis erynnis,* Æ. 2.  
 Æ. 4. *Omnia tuta timens; curisq; ingentibus ager.* Æ. 1.  
 Æ. 11. *Hos inter motus; medio flagrante tumultu,*  
 Rex genus egregium mea magna potentia ſolus Æ. 1.  
 G. 2. *Tuq; ades, & ſatis huc te poſcentibus aſſers,* Æ. 8.  
 Æ. 8. *Arduus arma tenens, & grandia LILIA quaſſans,* Ec. 10.  
 Æ. 11. *Manibus in patrijs, ſic nos in ſceptra reponis,* Æ. 1.  
 Æ. 1. *Omnibus exhaustos iam caſibus omnium egenos:*  
 Æ. 3. *Ex illo celebratus honos, tibi Lilia plenis* Ec. 2.  
*Ecce ferunt Nympha calathis, inſigne paternum,* Æ. 7.  
 Æ. 1. *Poſt alij proceres, qua cuiq; eſt copia lati* Æ. 5.  
*Dona ferunt; onerantq; aras pro nomine tanto:* Æ. 8.  
 Æ. 4. *Ecce iterum, dira bellum cum gente gerendum,* Æ. 3.  
 Æ. 9. *Hic Mars armipotens acies in prœlia cogit:* Æ. 9.  
 Æ. 2. *Rurſus in arma feror; Tirrhenum nauigat aquor* Æ. 1.  
 Æ. 1. *Gens inimica mihi, ſtigijs emiſſa tenebris:* G. 3.  
 Æ. 7. *Quare age & armari pubem terraq; mariq;* Æ. 10.  
 Æ. 7. *Latus in arma para, & dubijs ne deſice rebus:* Æ. 6.  
 Æ. 8. *Adſpice qua coeant in me, excidiumq; meorum.* Æ. 8.  
 Æ. 12. *Obſcena volucres, alarum verbera noſco.*  
 G. 1. *Ecce inimicus atrox, multis memoratus in oris,* Æ. 7.  
 Æ. 11. *Haud Lygurũ extremus, ſulcat maria alta carina,* Æ. 10.  
 Æ. 10. *Sub quo mille manus iuuenum fortiſſima corda,* Æ. 5.  
 Æ. 8. *AVREA Caſaries ollis nomenq; genusque,* Æ. 10.  
 Æ. 10. *Ipſe ſedens, clauumq; regit, velisq; miniſtrat,*  
 lam

- Æ. 6. Jam senior sed cruda Deo viridisq; senectus.  
 Æ. 5. Hortaturq; viros, clauumq; ad litora torquet,  
 Æ. 5. Nunc hos, nunc illos aditus, omnemq; pererrat  
 Arte locum; in melius tua qui potes orsa reflectas: Æ. 10.  
 Æ. 11. Sunt & opes nobis, & lunatis agmina peltis,  
 Auxilioq; urbis Itala pulcherrima bello Æ. 7.  
 Hip. G. 1. FERREA progenies, antiqua ab origine gentis  
 poly? Card. Æ. 1. Per tot ducta viros; nec te memorande silebo  
 Ferrar. Æ. 8. Terribilem christis & pelle libystidis VRSÆ,  
 Nico- Æ. 6. Romanosq; tuos MARIOS magnosq; CAMILLOS; G. 2.  
 la Viri n° cō. Æ. 11. Jbo animis cōtra vel magnum prestet ACHILLEM;  
 Pitilla ni. Æ. 11. Ffle licet, socium virtus coit omnis in unum, Æ. 10.  
 Mati? Sfor- Æ. 10. Numina nulla premunt, mortali orgemur ab hoste,  
 tia. Æ. 11. Aude atque aduersum fidens fer pectus in hostem;  
 Æ. 9. Rumpere moras omnes, vltro occurramus ad vndam Æ. 10.  
 Dum trepidi, egressisq; labant vestigia prima.  
 Æ. 12. Pro Latio obtestor pro maiestate tuorum,  
 Æ. 6. Eripe me his inuicte malis, via prima salutis Æ. 6.  
 Æ. 1. Ad te confugio, & supplex tua nomina posco.

## Cento XVI.

## GALLVS.

- Ec. 3. **I**NCIPE Dametas (non omnia possumus omnes) Ec. 6.  
 Ec. 5. Tu calamos inflare leues, ego dicere versus  
 Ec. 6. F'ergite Pierides, GALLI dicamus amores. Ec. 10.

Ode-

- G. 2. O decus ò fama merito pars maxima nostræ,  
 Æ. 10. Te precor Alcide, cæptis ingentibus adsis,  
 Æ. 11. Cui genus à proavis ingens, assuesce vocari G. 1. Hen-  
 Ec. 9. Nulla meis sine te quæretur gloria rebus; culem  
 G. 1. Da facilem cursum, nihil hic nisi carmina desunt, Ec. 8. Göza-  
 G. 3. Rumpere moras: tentada via est, qua me quoq; possum G. 3. gâ vo-  
 Tollere humo; stimulos sub pectore vertit Apollo. Æ. 6. car.  
 Ec. 7. Nympha, nofter amor, presentia numina, Fauni, G. 1. Car-  
 Æ. 3. Ore fauete omnes, & cingite baccare frontem, Æ. 6. min-  
 Cingite ne vati noceat mala lingua futuro. Virgi-  
 G. 1. Hinc canere incipiam. Cum GALLVS amore periret Ec. 10.  
 Ec. 10. Quæ nemora, aut qui vos saltus habuere puellas?  
 G. 1. Pan ouium custos venit, quem vidimus ipsi,  
 Ec. 10. Venit & vtilio: tardi venere subulci,  
 Æ. 8. Gensq; virum truncis, & duro robore nata,  
 G. 4. Nesciaq; humanis precibus mansuescere corda,  
 Ec. 10. Stant & oues circum, crebris mugitibus amnes, G. 3.  
 Arentesq; sonant ripæ. Sub rupe iacentem, Ec. 10.  
 Æ. 6. Heu miseranda puer, cuncti se scire fatentur, Æ. 11.  
 Æ. 7. Te liquidi fleure lacus, stragemq; dedere G. 3.  
 G. 4. Flumina correptos vnda torquentia montes:  
 G. 4. Qualis populea mærens philomela sub umbra  
 Æ. 12. Dat gemitus atque astra vocat crudelia mater: Ec. 5.  
 Æ. 10. Mantua diues auis pectus percussa decorum: Æ. 4.  
 Æ. 9. Ora puer prima signans intonsa iuuentæ  
 Cui pellis latos humeros, caput oris hiatus

Et

- Allu- dit ad caput Lupi i signe gentis Capi- lupi.
- Et mala texere LVPI, cum dentibus albis  
 (Ille etiam & genti nomen dedit, armaq. fixit) Æ.1.
- Multa mouens animo, sylvas saltusq. peragrat Æ.10.
- Noctes, atque dies, est mollis flamma medullas. Æ.6.
- Forte die, tardis ingens ubi flexibus errat Æ.8.
- Mincius, auratus taurino cornua vultu, G.3.
- Populeas inter frondes, lucosq. sonantes G.4.
- Dum canit, & mœstum Musa solatur amorem: Ec.10.
- Longe illi media sese tulit obuia sylua Æ.1.
- Causa mali tanti pulcherrima Deiopea, (na, Æ.1.
- Cui pharetra ex humero sonat arcus, et arma Dia- Æ.12.
- Qualis gemma micat, crines nodantur in aurum, Æ.4.
- Aurea purpuream subnectit fibula vestem.
- Agnouit iuuenis diuini signa decoris; Æ.9.
- Illi membra nouus soluit formidine torpor, Æ.12.
- Obstupuit primo aspectu, & vox faucibus hæsit, Æ.1.
- Vt primum fari potuit, sic incipit ore, Æ.12.
- Suspirans, imoq. trabens à pectore vocem: Æ.1.
- Cara mihi ante alias animo gratissima nostro, Æ.11.
- O Virgo noua mi facies, mea maxima cura, Æ.6.
- Quam nec longa dies pietas nec mitigat vlla, Æ.7.
- Sola ne perpetua marens carpere iuuenta Æ.4.
- Iam matura viro? mitte hanc de pectore curam, Æ.7.
- Vtere sorte tua, nimium ne crede colori: Ec.12.
- Omnia fert atas, fugit irreparabile tempus. G.3.
- Alma praeor miserere animi non digna ferentis, Æ.6.
- Desine

- Desine iam tandem precibusq. inflectere nostris. Æ.12.
- Vix ea fatuus erat, veluti violauerit ostro Æ.1.
- Si quis ebur, tales virgo dabat ore colores: Æ.12.
- Deiecit vultum, & demissa voce locuta est. Æ.3.
- Desine meq. tuis incendere, teq. querelis, Æ.4.
- Quam pro me curam geris, hæc praeor, optime, pro me Æ.11.
- Deponas, toties iam dedignata maritos: Æ.4.
- Mens immota manet, sola contenta Diana, Æ.4.
- Namque fatebor enim, non vitæ gaudia quaro. Æ.11.
- Certum est in syluis, inter deserta ferarum, Æ.10.
- Malle pati, inceptum frustra submitte furorem, Æ.10.
- Disce puer virtutem ex me, & non temnere diuos, Æ.12.
- Hic pietatis honos. Patet atri ianua Ditis. Æ.1.
- Quæsit Minos vitasque, & crimina discit, Æ.6.
- Castigatque, auditq. dolos: te triste manebit Æ.7.
- Supplicium, votisq. Deos venerabere seris.
- Sic ait, & dictis diuinum adspirat amorem, Æ.4.
- Edocet humanis qua sit fiducia rebus. Æ.10.
- Illum turbat Amor magis, agrefcitq. medendo. Æ.12.
- Tum quassans caput, hæc effudit pectore dicta. Æ.7.
- Omnia percepi, atque animo mecum ante peregi: Æ.6.
- Ne tantos mihi finge metus: non talia curat Ec.10.
- Improbis ille puer, caput horum & causa malorum: Æ.8.
- Inde hominum pecudumq. genus, pictaq. volucres G.3.
- Et genus aquoreum gentilia semina poscunt, G.3.
- In furias, ignemq. ruunt, ac Iliæ Mater Æ.3.

- Æ.1. *Marte grauis, partu sub luminis edidit oras* Æ.7.  
 Æ.1. *Romanos rerum dominos gentemq; togatam.*  
 G.2. *Quid maiora sequar? Troianus origine Caesar* Æ.1.  
 Æ.4. *Cogitur, & supplex animos submittere Amori*  
 Æ.7. *Nympha Laurentes, præstanti corpore Nympha* Æ.1.  
 Æ.4. *Egregiam vero laudem, & spolia ampla refertis,*  
 Æ.11. *Tantum impensis operum nihil omnibus actum.*  
 Æ.7. *Tu ne tot incassum fusos patiere labores?*  
 Æ.4. *Quin potius miserere: mori me denique coges.* Æ.2.  
 Æ.8. *Accipe, daq; fidem. quoniam conuenimus ambo,* Æ.5.  
 Æ.1. *Connubio iungam stabili, propiamq; dicabo,*  
 Æ.2. *Nec sum adeo informis. solum te virgine dignum,* Æ.7.  
 Æ.3. *Et me Phœbus amat; nouit namq; omnia vates,* G.4.  
 Æ.6. *Te nemus omne canet, si quid mea carmina possunt* Æ.9.  
 Æ.1. *Semper honos, nomenq; tuum laudesq; manebunt,*  
 Æ.4. *Si te nulla mouet tantarum gloria rerum,*  
 Æ.6. *Huc geminas nunc flecte acies, res aspice nostras.* Æ.1.  
 Æ.5. *Dixeras hac; magnoq; animum labefactus amore,* Æ.4.  
 Æ.2. *Ter conatus ibi collo dare brachia circum:*  
 Æ.2. *Illa simul manibus tendit diuellere nodos:*  
 Æ.2. *Ter frustra comprehensa manus effugit, et inquit.* Æ.7.  
 Æ.10. *Galle quid insanis? de te nil tale verebar.* Æ.9.  
 Æ.4. *Hæc effata silet; lacrymasq; effudit, & omnem* Æ.3.  
*Impleuit clamore locum, & tremefacta refugit:* Æ.12.  
 Æ.2. *Improuisum aspris veluti qui sentibus anguem*  
*Præsit humi, retroq; pedem cum voce represit:* Æ.2.

Ille

- Æ.6. *Ille autem tali iugiter est voce secutus;* Æ.9.  
 Æ.6. *Siste gradum: quo deinde rumpitur, & proripis, inquit?* Æ.5.  
 Æ.3. *Numquã hodie effugies; veniam per tela, & iugones,* Æ.2.  
 Æ.7. *Vel mare per medium; terram mare sidera iuro*  
 Æ.6. *Nulla hic insidia; tereti ceruice reflexam;* Æ.8.  
 Æ.2. *Insequitur, iam iamq; manu tenet, & premit hasta,*  
 Æ.9. *Euolat infelix, & femineo ululatu*  
*Scissa comam, mastis latè loca questibus implet.* G.4.  
 Æ.8. *Dicite Pierides: quid non speremus amantes?* Æ.8.  
 Æ.5. *Hic iuuenis iam victor ouans, vestigia presso*  
*Haud tenuit titubata solo; reuolutus harena* Æ.5.  
 G.3. *Labitur infelix, non ille oblitus amorum;* Æ.5.  
 Æ.11. *Ingemuitque, deditq; has imo pectore voces.*  
 Æ.8. *Adsis ò tantum, qui tela Typhoea temnis,* Æ.1.  
 Æ.5. *Sis bonus ò felixq; , audacibus annue ceptis* Æ.9.  
 Æ.4. *Parue puer, si quid pietas antiqua labores* Æ.5.  
*Respicit humanos, dubijs ne defice rebus.* Æ.6.  
 Æ.12. *Ventum ad supremum est, precibus si flecteris ullis,* Æ.2.  
 Æ.11. *Verum age, & ultricem pharetra deprome sagittã.*  
 Æ.5. *Vix hæc ediderat, ruerè omnia visa repente,* Æ.8.  
 Æ.1. *Paret Amor dictis, cali in regione serena* Æ.8.5.  
 Æ.9. *Intonuit laeuum: sonat una latifer arcus,*  
 Æ.1. *Constitit hic curuo direxit spicula cornu* Æ.7.  
 Æ.5. *Nulli visa cito, perq; ilia venit arundo,* Æ.7.  
 Æ.9. *Et laeu infixæ est lateri, mirabile dictu,* Æ.4.  
 Æ.7. *Pertentat sensus, atque osibus implicat ignem;*

Dd 2

Non

- Ec. 1. *Non equidem inuideo, mirum magis. Aspera virgo* A. 11.  
 A. 3. *Continuitq. subitq. accensa furore* A. 4.  
 A. 4. *Inri. effari: veniam quocumq. vocaris* Ec. 3.  
 A. 7. *Quisquis es: en supplex venio, miserere tuorum,* A. 11.  
 A. 7. *Clamat, io decus & nemorum Latonia custos,* A. 9.  
 G. 1. *Et vos agrestum studium quibus arua tueri,*  
 A. 5. *Hic domus est, inquit, vobis. iam viuite sylua:* Ec. 7.  
 A. 12. *Maior agit Deus, atque opera ad maiora remittit:*  
 A. 11. *Venit Amor, subitaq. animum dulcedine morat:*  
 A. 9. *Te vero, venerande puer, iam pectore toto.* A. 9.  
 A. 8. *Accipio, agnosco, quando hac te cura remordet;* A. 1.  
 Ec. 2. *Huc ades o formose puer, iam tempus agi res:* A. 5.  
 A. 12. *Do quod vis, sed res animos incognita turbat:* A. 1.  
 A. 1. *Quicquid id est timeo: hunc oro defende furorem.* A. 10.  
 A. 11. *Auditis ille hac placido sic reddidit ore.*  
 A. 11. *O dulcis coniux spes & solatia nostri.* A. 8.  
 A. 10. *Audentes fortuna iuuat: quis talia demens* A. 4.  
 A. 3. *Abnuat? Atque animum presenti pignore firmat.* A. 3.  
 A. 8. *Dona ferens, pictum croceo velamen acantho:* A. 1.  
 A. 6. *His dictis cura emotæ, pulsusq. parumper*  
 A. 1. *Corde dolor tristi, gaudet donisq. fruetur;* A. 1.  
 A. 1. *Expleri mentem nequit, ardescitq. tuendo:*  
 A. 1. *At iuuenis magnum cui versat in ostibus ignem,* G. 3.  
 A. 1. *Durus Amor, tacitum pertentant gaudia pectus,* A. 1.  
 A. 12. *Latitia exultans, & tanto letus honore* A. 8.  
 G. 3. *Stare loco nescit, subita spe feruidus ardet:* A. 12.

Ille

- G. 4. *Ille quidem lacrymis oculos suffusa nitentes,* A. 1.  
 A. 9. *Suspiciens altam Lunam sic voce precatur.*  
 G. 2. *Pan ouium custos (si rite audita recordor)*  
 G. 3. *In nemora alta vocans captam te Luna fefellit:*  
 A. 1. *Non ignara mali nostro succurre labori.* A. 9.  
 A. 5. *Hac ubi dicta dedit; Dii nostra incepta secundet,* A. 7.  
 A. 11. *Tandem latus ait: grates persolvere dignas* A. 1.  
 A. 11. *Quas potero? meriti tanti non immemor umquam;* A. 9.  
 A. 11. *O decus Italia, dum spiritus hos reget artus* A. 4.  
 A. 8. *Semper honore meo, semper celebrabere donis.*  
 A. 6. *Atq. huic responsum paucis ita reddidit illa.* G. 2.  
 Ec. 9. *Desine plura puer, et quod nunc instat agamus:*  
 Ec. 9. *Rumpe moras omnes: varium & mutabile semper* A. 4.  
 A. 1. *Fœmina. Quo calum, tempestatesq. serenat,* A. 1.  
 A. 8. *Cunctantem amplexu molli fouet. Ille repente*  
 A. 12. *Hoc erat, hoc, inquit votis quod saepe petiui.*  
 A. 6. *Acceleremus ait. Qua rite incepta paravi* A. 4.  
 A. 1. *Percipere est animus, finemq. imponere curis.*  
 G. 3. *Continuoq. audis ubi subdita flamma medullis*  
 A. 7. *Idem omnes simul ardor agit: tractimq. susurrant* G. 4.  
 A. 3. *Cum gemitu: subito non vultus, non color vnus,* A. 6.  
 A. 1. *Non compta mansere coma. moritura puella* G. 4.  
 A. 4. *Huc illuc voluens oculos maculisq. trementeis* A. 4.  
 A. 1. *Interfusa genas; delibans oscula satur.* A. 12.  
 A. 3. *O mihi prateritos referat si Iuppiter annos,*  
 A. 3. *Dum te care puer, mea sola, & sera voluptas*

Com-

- Æ.3. *Complexu teneo; tecum consumerer auo;* Ec. 14  
 Ec.3. *Nunc scio quid sit amor sanguis meus.* Æ.6.  
 Æ.1. *Hac ait, & liquidum ambrosia diffudit odorem;* G. 4.  
 Æ.12. *Desine iam tandem, iam desine tibia versus;* Ec.8.  
 Ec.10 *Hac sat erit Diua vestrum cecinisse postam*  
*Dum sedet, & pascuntur oves, auidaq; iuuenca:* G. 2.  
 Ec.10 *Pierides, vos hac facietis maxima Gallo.*

## IN FEMINAS,

## IMPVDICAS ET SCELESTEIS.

## Cento XVII.

## AD PAVLVM IOVIVM.

- G.3. **C**ETERA quæ vacuas tenuisset carmina mētes  
 Omnia iā vulgata, furens quid Femina possit Æ.5.  
 Æ.1. *Gens inimica mihi, non equo fœdere amantes,* Æ.4.  
 Æ.6. *Dicam equidem indigno Nisæ deceptus amore:* Ec.8.  
 Æ.12. *Quam propter tantos potui perferre labores,* Æ.2.  
 Æ.9. *Quando aliter nequeo sceleratas sumere pœnas,* Æ.2.  
 Æ.8. *Nunc ò nunc liceat calamos armare veneno* Æ.10.  
 Ex car Æ.10. *Fatidica Mantus: magnum & memorabile nomen* Æ.4.  
 mini- Æ.2. *Feminea in pœna est, animumq; explese iuuabit.* Æ.2.  
 b<sup>o</sup> Vir- Æ.6. *Magnanimi Heroes precor aspirate canenti,* Æ.9.  
 glij. Æ.5. *Ore faucte omnes, procul ò procul este profani,* Æ.6.  
 Æ.1. *Et genus inuisum cum semiuirò comitatu.* Æ.4.  
 G.2. *Tuq; ades, inceptumq; vnà decurre laborem*  
 Fortu-

- Ec.1. *Fortunate senex, magnum IOVIS incrementum:* Ec.4. Pauli  
 Æ.5. *Vnde genus ducis, fama super aethera notus,* Æ.1. Iouii  
 Æ.8. *Flos veterum virtusq; virum, diuumq; sacerdos:* Æ.3. appel-  
 Æ.1. *Os humerosq; Deo similis, tibi copia fandi* Æ.11. lar.  
 Æ.11. *Larga quidem semper, fecundum concute pectus,* Æ.7.  
 Æ.6. *Nec mortale sonans, animis illabere nostris,* Æ.3.  
 G.4. *Qua sint, qua fuerint, qua mox ventura trabatur*  
 Æ.1. *Nota tibi, votis iam nunc assuesce vocari,* G.1.  
 G.1. *Ni refugis, tennesq; piget cognoscera curas:*  
 G.3. *Mox tamen ardenteis accingar dicere pugnas,*  
 Ec.4. *Te duce idumeas referam tibi Mantua palmas,* G.3.  
 Æ.7. *Dicam acies, actosq; animis in praelia Reges,*  
 G.4. *Magnanimosq; Duces, totamq; sub arma coactam* Æ.7.  
 Æ.10. *Europamque, Asiamque, & tanti incendia belli:* Æ.1.  
 Æ.8. *Post idem inter se posito certamine Reges,*  
 Æ.11. *Hos inter motus, medijs conatibus egri,* Æ.12.  
 Æ.8. *Congressi iungent dextras, & pace sequestra,* Æ.11.  
 Æ.1. *Claudentur belli porta Rhenuq; bicornis* Æ.8.  
 G.3. *Turbidus & torquens flauentes Ister harenas*  
 Æ.2. *Improvisi aderunt media testudine templi* Æ.1.  
 Æ.7. *Littus ad Ausonium: magnoq; ululante tumultu* Æ.11.  
 Æ.7. *Teutonico ritu ante aras paterasq; tenentes* Æ.8.  
 Æ.1. *Iura dabunt, legesq; viris, ritusq; sacrorum:* Æ.12.  
 Æ.3. *Concilium horrendum. Nec te memorande filebo* Æ.10.  
 Æ.8. *Cum patribus populoq; penatibus & magnis dijs*  
 Æ.8. *Tibri Pater, poscant acies & fœdera iungant:* Æ.7.

Tunc

- Æ.6. *Tu ne cede malis, sed contra audentior ito,*  
 Æ.2. *Quores cumque cadent, Capitoli immobile saxum,* Æ.9.  
*Accolet, imperiumq; Pater Romanus habebit,*  
 Æ.6. *Missus in imperium: cali cui sydera parent,* Æ.10.  
 Æ.3. *Infernig; lacus, atque alta mœnia Roma:* Æ.1.  
 G.3. *Sed fugit interea fugit irreparabile tempus.*  
 Æ.10. *Accipite ergo animis atque hæc mea figite dicta*  
 Æ.9. *Rectores iuuenum, latasq; aduertite mentes* Æ.5.  
 Æ.3. *Et nati natorum, & qui nascentur ab illis.*  
 Æ.4. *Monstrũ horrẽdũ ingens, variũ et mutabile sæper* Æ.4.  
 FOEMINA, *quæ ventis volucrig; simillima somno* Æ.2.  
 Æ.4. *Mobilitate viget, linguis micat ore trifulcis,* G.3.  
 Æ.4. *Tam ficti prauig; tenax, quàm nuntia veri:*  
 Æ.10. *Dat sine mente sonum, totoq; ardentis ab ore* Æ.12.  
*Scintilla abstunt, oculis micat acribus ignis:*  
 Æ.4. *Sola domo mæret vacua, cui carmina semper* Æ.9.  
*Et citharæ cordi, pernicipibus ignea plantis* Æ.11.  
 Æ.8. *Omnia peruolat latè loca, pectore versat* Æ.1.  
 Æ.7. *Mille nocendi artes, quis fallere possit amantem.* Æ.4.  
 Æ.8. *Omnibus in templis, gaudens popularibus auris* Æ.6.  
 Æ.3. *Fert picturatas auri sub tegmine vestes*  
 Æ.1. *Aurea subnectens exerta cingula mamma,*  
 G.3. *Et gradiens ima verrit vestigia cauda,*  
 Æ.1. *Purpureoq; altè suras euincta cothurno:* Æ.7.  
 Fucus. Æ.6. *Sanguineis frontem moris & tempora pingit:*  
 Æ.5. *Mille trahit varios aduerso sole colores*

Fla-

- Æ.12. *Flagrantes perfusa genas, it pectore summo* Æ.5.  
*Flexilis obtorti per collum circulus auri,*  
 Æ.7. *Tecti auro fuluum crines nodantur in aurum.* Æ.4.  
 Æ.1. *Ambrosiaq; comæ diuinum vertice odorem,*  
*Spirauere, humeros oleo perfusa nitefcit:* Æ.5.  
 Æ.10. *Qualis gemma micat, circum caput egit honestum,* G.2.  
 Æ.5. *Ardentes dare visa: faces, mirabile visu.* Æ.12.  
 Æ.5. *Aera dimouit tenebrosum, & dispulit umbras*  
 Æ.1. *Hinc atque hinc, tantum egregio decus enitet ore.* Æ.4.  
 Æ.6. *Præpetibus pennis magnas it fama per vrbes:* Æ.4.  
 Æ.7. *Illam omnis tectis agrisq; effusa iuuentus*  
 Æ.2. *Circumfusa ruit, pesti deuota futura* Æ.1.  
 Æ.7. *Attonitis inhians animis prospectat euntem,* Æ.7.  
 Æ.6. *Nec vidisse semel satis est, inuat usque morari:*  
 Æ.8. *Sensit lata, sua contra non immemor artis* G.4.  
 Æ.3. *Pestis & ira Deum, flammantia lumina torquens,* G.3.  
 G.1. *Tum laqueis captare feras, & fallere visco*  
 G.3. *Dulcibus illa quidem illecebris, mortalibus agris* Æ.12.  
 Æ.4. *Nequid inexpertum, cithara fidibusq; canoris* Æ.6.  
 Æ.7. *Pertentat sensus, rapuitq; in fomite flammam:* Æ.1.  
 Æ.11. *At iuuenis magnum cui versat in ossibus ignem,* G.3.  
*Durus amor, neque enim membris dat cura quietẽ,* Æ.10.  
 Æ.3. *Stare loco nescit, subita spe feruidus ardet* Æ.12.  
 Æ.12. *Attollitq; animos, horrendumq; intonat armis,* Æ.12.  
 Æ.12. *Quadrupedemq; citum ferrato calce fatigat,*  
 Æ.10. *Cuius olorina surgunt de vertice penna*

E e Pictus

- Æ.9. *Pictus acu clamydem, & ferrugine clarus Ibera*  
 Æ.10. *Tela manu iacens volucres diuerberat auras,*  
 Æ.5. *Ostentans artem, figitq; in virgine vultus:*  
 Æ.4. *Isq; amens animi, clypeumq; auroq; trilicem*  
*Loricam induitur, validam vi corripit hastam*  
 Æ.4. *Urbe furens, pugnaq; ciet simulachra sub armis.*  
 Æ.11. *It caelo clamorq; virum clangorq; tubarum:*  
 G.3. *Posthinc digressus pingues spatiatur ad aras,*  
 Æ.12. *Et nunc huc, inde huc, incertos explicat orbis.*  
 Æ.7. *Ceu quondam torto volitans sub verberibus turbo:*  
 Æ.12. *Interdum genua impediunt, cursumq; recusant*  
 Æ.9. *Languescit moriens, obsedit limen amata*  
 Æ.11. *Primitiæ iuuenis misera, terraq; per umbram*  
*Stridens, nec dulci declinat lumina somno.*  
 G.4. *Quid faceret? solans agrum testudine amorem*  
 Æ.1. *Talia voce refert, gemitum dat pectore ab imo.*  
 Æ.11. *O decus Italiae virgo, mea maxima cura,*  
 Ec.2. *Nil nostri miserere, mori me denique cogis.*  
 Æ.12. *Victus amore tui ventos perpeffus, & imbreis*  
*Nocte super media supplex ad limina veni:*  
 Æ.10. *Per te, per qui te talem genuere parentes*  
 Æ.6. *Da dextram misero, requiem spatiumq; furori.*  
 Æ.4. *Extremam hanc oro veniam, miserere laborum*  
 Æ.6. *Alma precor, miserere animi non digna ferentis;*  
 Ec.2. *Nec sum adeo informis, nympharū sanguinis una*  
 Ec.3. *O quoties, & qua nobis Galatea locuta est;*

Vritur

- Æ.4. *Vritur infelix, nam me discedere fleuit,*  
 Æ.11. *Fors & vota facit tua dum vestigia lustro,*  
 Ec.3. *Et me Phœbus amat, si quid mea carmina possunt;*  
 Ec.5. *Semper honos nomenq; suum laudesq; manebunt:*  
 Æ.3. *Tu modo promissis maneat, sub nocte silenti*  
 Æ.12. *Vtere sorte tua, multos ignava per annos*  
 Ec.9. *Causando nostros in longum ducis amores,*  
 Æ.9. *Nec mea iam mutata loco sententia cedit*  
 Æ.2. *Quem fugis ab demens, en hac promissa fides est?*  
 Æ.6. *Siste gradum, quis te nostris complexibus arcet?*  
 Æ.8. *O digno coniuncta viro, fors omnia versat,*  
 Æ.4. *Nusquam tuta fides, crudelem abrumpere vitam*  
 Æ.4. *Mens immota manet, qua iam satis ima dehiscat*  
*Terra mihi, vos o potius miserescite venti,*  
 Æ.4. *Et nostras audite preces, famiq; doloris*  
 Ec.3. *Partem aliquam venti diuum referatis ad aures:*  
 Æ.4. *Exoriare aliquis nostris ex ossibus ultor,*  
 Æ.4. *Hac precor, hanc vocē extremā cum sanguine fundo.*  
 Æ.10. *Agnouit longe gemitum formosa iuuenca*  
 Æ.1. *Virginis os habitumq; gerens, risuq; soluto*  
 Æ.7. *Ardua tectā petit, stabuli & de culmine summo:*  
 G.4. *Nam quis te inuenum confidentissime nostras*  
*Iust adire domos? de te nil tale verebar;*  
 Æ.4. *Desine meq; tuis incendere teq; querelis,*  
 Æ.9. *Hac iter est, qua te ducit via dirige gressum.*  
 Æ.4. *Hac effata silet, vana spe lusit amantem.*

E e 2

Sepfit

- Æ.7. *Sepsit se tectis comuæ ubi pristinus illi* Æ.6.  
 Æ.8. *Optatos dedit amplexus, curasq; resoluit,* G.1.  
 Æ.7. *Dives opum dives pistai vestis, & auri,* Æ.9.  
 Ec.7. *Hic focus, & tada pingues, firmissima vina,* G.2.  
 Ec.7. *Castaneæ molles, epulæq; ante ora parata* Æ.6.  
*Regifico luxu, biforem dat tibia cantum,* Æ.9.  
 Æ.4. *Instauratq; choros, ille asper & improbus ira;* Æ.9.  
 Æ.9. *Ac veluti pleno lupus insidiatus ouili*  
 Æ.9. *Sauit in absenteis, & calum territat armis* Æ.11.  
 Æ.9. *Ense leuis nudo, parmaq; inglorius alba:*  
 Æ.5. *Tum pudor incendit vires & conscia virtus*  
 Æ.11. *Arietat in portas & duros obice postes,*  
 Æ.3. *Infelix vates spe multum captus inani* Æ.11.  
 G.3. *Multa gemens ignominiam, vestigia retro* Æ.9.  
 Æ.9. *Improperata refert, magno inflammatus amore* Æ.3.  
 Æ.10. *Respicit ignarus rerum, ingratusq; salutis.*  
 G.3. *Interea, tacitum pertentant gaudia pectus:* Æ.1.  
 Æ.6. *Fleu miserande puer qua te dementia cepit?* Ec.2.  
 Æ.10. *Quo moriture ruis aliena ad pabula fucus?* G.4.  
 Æ.10. *Fallit te incautum tantarum gloria rerum.* Æ.4.  
 Ec.2. *O formose puer nimium ne crede colori:*  
 Æ.10. *Nil valida iuvere manus, lumenq; inuenta* Æ.1.  
*Purpureum, nihil illa deos, nil carmina curat* Ec.8.  
 Æ.8. *Fatiferumq; enses, lorica ex ære rigentem,*  
 Æ.7. *Instratos ostro alipedes, cristasq; comantes:* Æ.9.  
 Æ.9. *Connectare iuuat pradas, & viuere rapto*

Hic

- Æ.11. *Hic amor hoc studium, patria communis Erinny,* Æ.2.  
 G.1. *Vt gemma bibat, & sarrano dormiat ostro,*  
 Æ.3. *Visceribus miserorum & sanguine vescitur atro:*  
 Æ.9. *(Suadet enim vesana fames) manditq; trahitque*  
*Molle pecus, mutumq; metu, de more vetusto* Æ.11.  
 Æ.11. *Munera portantes nunc hos nunc accipit illos* Æ.6.  
 Æ.2. *Aedibus in medijs, coram data copia fandi:* Æ.11.  
 Æ.6. *Tum demum admissi stagna exoptata reuisunt;*  
 Æ.6. *Ast alios longe summos arcet arena,*  
 Æ.6. *Centum errant annos, lacrymæ voluuntur inanes.* Æ.4.  
 Æ.6. *Gorgones Harpya multa mercede domandæ,* G.2.  
 G.4. *Ignauum fucus pecus à præsepibus arcent:*  
 Æ.2. *Handignota loquor, magnam Mauortis ad urbem* Æ.6.  
 Ec.1. *Non unquã grauis ære domũ mibi dextra redibat:*  
 G.3. *Munere sic niveo lana te Luna fefellit* G.3.  
 G.1. *Pan ouium custos, nouit namq; omnia vates,* G.4.  
 G.3. *In nemora alta vocans, nec tu aspernata vocãtem.*  
 Ec.3. *Quid domina facient? carpentes pensa puella* G.1. Famu-  
 Æ.7. *Et petiere sibi monumentum & pignus amoris,* Æ.5. la.  
 Æ.1. *Pallamq; & pictum croceo velamen acantho:*  
 G.2. *His animaduersis, atque hac exempla secuti* G.4.  
 Æ.1. *O socij, qua dicam animis aduertite vestris.* Æ.2.  
 Æ.1. *Ingens argentum patribus dat iura vocatis* Æ.5. Pec-  
 Æ.1. *Sceptra tenens, mollitq; animos, & temperat iras;* Æ.4. nia: po-  
 Ec.10. *Frigoribus medijs animum inflammauit amore;* Æ.4. tãtia.  
 Æ.4. *Spemq; dedit dubia menti, soluitq; pudorem*  
 Limi-

- Æ.2. *Limina perrumpit, postesq. à cardine vellit.*  
 Æ.8. *Quare agite ò iuvenes, si fert ita corde voluptas,*  
 Lilia, Æ.2. *Et sedet hoc animo, manibus date LILIA plenis*  
 nume- Æ.3. *Aurea, nunc ea visa salus morientibus una:*  
 ros au Æ.3. *Sed fugite ò miseri, fugite hinc, latet anguis in herba*  
 reos Æ.7. *Vipeream inspirans animam, lasciuia puella*  
 Gall- Æ.1. *Cum dabit amplexus, atque oscula dulcia figet*  
 cus. Æ.1. *Nuda genu, nodosq. sinus collecta fluentes,*  
 Æ.2. *Vos agitate fugam direptis crura cothurnis;*  
 Æ.2. *Attrectare nefas: variarum monstra ferarum,*  
 Morb' Æ.6. *Pallentesq. habitant morbi sub rupe cauta,*  
 Galli- Æ.9. *Nota nimis miseris, cernis custodia qualis*  
 cus. Æ.12. *O prestans animi iuuenis noctesq. diesque*  
 Æ.6. *Vestibulo sedeat, primisq. in faucibus Orci,*  
 Æ.6. *Sanius intus habet sedem durissima regna,*  
 G.3. *Pallida Tisiphone flammisq. armata chimara:*  
 Æ.6. *Hic labor ille domus, & inextricabilis error.*  
 Æ.3. *Heu fuge crudeles terras, fuge litus auarum;*  
 Æ.12. *Disce puer virtutem ex me, & non temnere diuos.*  
 Æ.6. *Nulli fas casto sceleratum insistere limen:*  
 Æ.6. *Hic quos durus Amor crudeli tabe peredit*  
 Æ.1. *Fluctibus oppressos rapidus vorat aequore vortex;*  
 Æ.8. *Prospectum eripiens oculis immane baratrum;*  
 Æ.2. *Ignari scelerum, & primano flore iuuentus*  
 Æ.7. *Sine errore via, seu tempestatibus acti,*  
 Æ.9. *In vada precipitant fundo voluuntur in imo,*  
 Limo-

Æ.6.

Æ.6.

G.3.

Æ.3.

Æ.3.

G.2.

Æ.6.

Æ.1.

Æ.6.

Æ.6.

Æ.6.

Æ.6.

Æ.6.

Æ.6.

Æ.1.

Æ.8.

Æ.7.

Æ.6.

- Æ.2. *Limosoq. lacu pugnando vulnera passi*  
 Æ.9. *Purpurei cristis iuvenes, auroq. corusci,*  
 Æ.12. *Inualidiq. senes, iuuenum tentare laborem.*  
 Æ.6. *Ausi omnes, immane nefas, ausoq. potiti:*  
 G.2. *Quid maiora sequar? genus insuperabile bello*  
 G.4. *Magnanimum Heroum, lacerum crudeliter ora*  
 Æ.10. *Per pice torrenteis atraq. voragine ripas;*  
 Æ.9. *Quiq. pij vates: nimirum hac illa charybdis;*  
 Æ.3. *Hos Helenus scopulos, hac saxa horrenda canebat:*  
 Æ.3. *Dij prohibete minas, dij talem auertite casum:*  
 Æ.3. *Vos animam hanc potius quocumq. absumite letho,*  
 Æ.3. *Si pereo manibus hominum perijisse iuuabit:*  
 Æ.1. *Apparent rari nantes in gurgite vasto,*  
 Æ.12. *Seruati ex undis pauci, quos aquus amauit*  
 Æ.11. *Juppiter, aut nautis olim medicabile lignum,*  
 G.2. *Retulit in melius, quo non presentius ullum.*  
 G.2. *Auxilium venit, ac membris agit atra venena;*  
 Æ.1. *Et vastas aperit Syrtes, & temperat aquor.*  
 Æ.2. *Una salus victis nostri medicina furoris:*  
 G.2. *Quid tibi odorato referam sudantia ligno?*  
 Æ.8. *Ora virum, tristi morbo illumieq. peresa*  
 Æ.6. *Fronde virere noua, succos oblita priores;*  
 G.4. *Huius odorato radices incoque Baccho.*  
 G.4. *(Hoc geritur Zephyris primū impellentibus undas*  
 G.3. *Sole recens orto) nec longum tempus & ingens,*  
 Hirsu-

Æ.6.

Æ.5.

Æ.1.

Æ.6.

Æ.9.

Æ.3.

Æ.6.

Æ.12.

G.2.

Æ.19.

G.3.

G.2.

G.2.

Glabri  
facti  
ob Gal-  
licum  
mor-  
bum.Lignū  
sanū  
reme-  
dium  
morbi  
Galli-  
ci.Nous  
pilis.

- Æ.8. *Hirsutumq̄, supercilium, prolisq̄, barba*  
 G.1. *Pullulat ab radice, & frondes explicat omnes;* G.4.  
 G.3. *Phillyrides Chiron Amithaoniusq̄, Melampus,*  
 G.3. *Sape etiam cursu quatiunt & sole fatigant.*  
 Æ.10. *Expertos belli iuvenes, & vulgus inermum,* Æ.12.  
 Æ.5. *Longaevosq̄, senes, sudor fluit undique riuis;* Æ.5.  
 G.1. *Excoquitur vitium, atque exudat inutilis humor,*  
 Æ.6. *Concretam exemit labem: labor omnia vincit,* G.12.  
 G.4. *Omnis in hac certam regio iacit arte salutem:*  
 Æ.6. *Non tamen omne malū miseris, nec funditus omnes*  
*Corporeæ excedunt pestes, monimenta doloris* Æ.12.  
 G.3. *Ardentes papulae, non ipsa in morte relinquunt:* Æ.6.  
 G.2. *Non ego cuncta meis amplecti versibus opto,*  
 Æ.1. *Non ea vis animo, cythara crinitus IOPAS* Æ.1.  
*Personat aurata; rerum cognoscere causas,* G.2.  
 Æ.6. *Et quocumq̄ modo superas euadat ad auras* Æ.6.  
 Æ.10. *Edocet, & multa insignem se reddidit arte:* Æ.5.  
 Æ.2. *Ausus quinetiam super & Garamantas & Indos* Æ.6.  
 Æ.8. *Ignotas tentare vias, usumq̄, medendi.* Æ.12.  
 Æ.9. *Sive Padi ripis, Athesim seu propter amenum*  
 Ec.6. *Ille canit, placidi strauerunt aequora venti,* Æ.5.  
 Ec.8. *Et mutata suos requierunt flumina cursus:*  
 G.4. *Quin ipsa stupere domus resonantia saxa* Æ.3.  
 Æ.5. *Nereidum, Phorciq̄, chorus, genus omne natantum* G.3.  
 Æ.5. *Attonitis hasere animis: diuine Poeta* Ec.5.  
 Ec.5. *Qua tibi qua tali reddam pro carmine dona?*

Quod

- Æ.9. *Quod superest, sed summa sequar fastigia rerum,* Æ.1.  
 Æ.3. *Expeditam dictis, salientem sanguine venam,* G.3.  
 Æ.8. *Sanguineam ingentem, surgentem wallibus imis;* G.1.  
 Æ.1. *Quaqua animus meminisse horret luctuq̄, refugit.*  
 G.1. *Hoc metuentes cali menses, & sydera serua:*  
 G.4. *Continuo est agris alius calor, horrida vultum*  
*Deformat macies, pallor simul occupat ora:* Æ.4.  
 Æ.5. *Tū vero attonite, atq. oculos stupor urget inerteis* G.3.  
 Æ.4. *Luminibus tacitis, contactuq̄, omnia sedant,* Æ.3.  
*Immundo, tum tecta petunt, tum corpora curant.* G.4.  
 G.4. *Ignauasq̄, fame cunctantur in adibus omnes;* G.4.  
 Æ.11. *At non in Venerem segnes, nocturna q̄, bella*  
 G.1. *Tempore quaqua illo, catulorum oblita leana* G.3.  
*Seuior errauit campis, tum pessima tygris:* G.3.  
 Ec.6. *At non tam turpes pecudum tamen vlla secuta est*  
*Concubitus, qua tanta animum dementia cepit* Æ.5.  
 Æ.7. *Europa atque Asia praestanti corpore Nymphae?* Æ.1.  
 Æ.1. *Tanta ne vos generis tenuit fiducia vestri?*  
 Æ.5. *Pro scelus, ecce etiam Veneris monimenta nefanda* Æ.6.  
 Æ.6. *Pasipha, mixtumq̄, genus, prolesq̄, biformis,*  
 G.2. *Et venerem certis repetunt armenta diebus*  
 G.2. *Ferrea progenies, cui non certauerit vlla,* G.3.  
*Aut tantum fluere, aut totidem durare per annos:*  
 G.3. *In furias, ignemq̄, ruunt, sub sydere cancri,* Ec.18.  
 G.4. *Et cum tristis hyems, vel cum ruit imbriferum ver.* G.1.  
 G.3. *Atque vbi concubitus primos iam nota voluptas*

Ff

Solli-

- Sollicitat, tantum notas odor attulit aurās:
- Æ.7. Deseruere domos, crepitantiq; ara secuta
- G.3. Ad delubra iuuat currus agitare volantes,
- G.3. Sape diem noctemque, et totum ex ordine mensē:
- G.2. Sole sub ardenti, gelidiq; sub atheris axe,
- G.3. Saxa per et scopulos, iuuat indulgere choreis:
- G.2. Oraq; corticibus sumunt horrenda cauatis,
- G.3. Ac neque eas iam srena virum, nec verbera saua
- Æ.8. Perpetui tergo bonis, atque obiecta retardant.
- Flumina, nec miseri possunt reuocare parentes:
- Æ.4. Horrendum dictū, me ne huic confidere monstro?
- G.4. Hac omnis morbi causa, hinc exercuit iras
- Diabo Æ.6. Hortator scelerum, crescentis origine mundi  
lus.
- Æ.6. Sublimes animas stygias detrusit ad vndas.
- Æ.6. Inde hominum pecudumq; genus, pictaq; volucres
- G.1. In peius ruere ac retro sublapsa referri:
- Æ.6. Heu pietas, heu prisca fides virtutis auita.
- Æ.10. Omnipotens genitor qui fœdera fulmine sancit
- Æ.8. Tum primum virus serpentibus addidit atris,
- G.1. Et passim riuus currentia vina repressit,
- G.1. Mellaq; decussit folijs, mortalia corda
- G.1. Expectata seges vanis elusit auenis:
- G.2. Iustitia excedens terris (miserabile visu)
- G.3. Prima fugit. subeunt morbi, tristisq; senectus,
- Æ.6. Et metus, et maleuada fames, et turpis egestas,
- Æ.8. Et belli rabies, et amor successit habendi,

Insa-

- G.1. Insanumve forum, tum partu terra nefando
- Caumq; Iapetumq; creat, fratresq; superbos.
- Æ.12. Ex illo in lucem stygijs emissa tenebris
- Æ.8. Vana superstitio, magnum qua sparsa per orbem,
- Æ.10. Tum pater extructos dissecit fulmine montes,
- G.1. Et coniuratos calum rescindere fratres,
- Æ.1. Dissecitq; rates, euertitq; aquora ventis:
- G.4. Hinc pecudes, armenta viros, genus omne ferarum,
- Æ.6. Et qua marmoreo fert monstra sub aquore pontus
- Æ.7. Diluuium miscens, in saxa latentia torquet,
- Æ.1. Illiditq; vadis, atque aggerē cingit harena:
- Æ.1. Intonuere poli, cinxerunt athera nimbi,
- G.1. Impiaq; aternam timerunt sacula noctem.
- Æ.4. Ille dies primus lethi cum lucidus ANGVIS.
- Æ.6. Causa mali tanti miratam mala PVELLAM
- Æ.3. Excipit incautam, stimulis agitatus amaris.
- Æ.7. Heu stirpem inuisam, monitis exterrita diuum,
- Æ.3. Haud impune quidem Lucina experta labores
- Æ.7. Nunc etiam mæstis latè loca questibus implet,
- Æ.2. Fas odisse viros, stirpem et genus omne futurum:
- Æ.2. Instamus tamen immemores, caciq; furorē
- Æ.3. Jungimus hospitio dextras, et tecta subimus
- Æ.6. Concordes anima, sic sic iuuat ire sub umbras:
- Æ.2. O patria, ò misera nimium vicina Cremona
- Æ.10. Mantua diues auis, mitte hanc de pectore curam,
- Æ.7. Talia coniugia, et tales celebrent hymeneos

Dilu-  
uium.

Ff 2 Bron-

- Æ.8. *Brötisque, Steropesq; et nudus membra Pyracmon,*  
 Æ.8. *Gensq; virum truncis, & duro robore nata*  
 Æ.6. *Impia, nec veriti vinacis cornua CERVI,* Ec.7.  
 Æ.7. *Et frontem obscenam, qua prima pericula vito;* Æ.3.  
 G.2. *O fortunatos nimium genus omne perosos* Æ.9.  
*Fœmineum, me nulla dies tam fortibus ausis* Æ.9.  
*Dis similem arguerit, dum spiritus hos reget artus:* Æ.4.  
 Æ.6. *Dicite felices anima, tuq; optime vates;*  
 Ec.2. *Non ne fuit satius stimulos auertere Amoris* G.3.  
 Æ.9. *Venatu assiduo, & terras tentare repostas* Æ.3.  
 Æ.1. *Per varios casus, per tot discrimina rerum,*  
 Æ.11. *Perq; undas superante salo, perq; inuia saxa?*  
 Æ.3. *Quam semel informem vasto vidisse sub antro*  
*Scyllam, succinctam latrantibus inguina monstria,* Ec.6.  
 G.4. *Et caligantem nigra formidine lucum?*  
 Æ.2. *Quid tantum insano iuvat indulgere labori;*  
 Æ.5. *Quis furor iste nouus? qua vos dementia adexit?* Æ.9.  
 Æ.6. *Ne pueri, ne tanta animis assuescite bella,*  
 Æ.9. *Ne ve armate manus, dira obscœnaq; volucres* Æ.3.  
 G.4. *Ingentes animos Augusto in pectore versant,*  
 G.3. *Vere magis, quia vere calor redit ossibus, illa*  
 G.3. *Tum vero ardentes multa vi prœlia miscent.* G.5.  
 Æ.8. *Tum mihi prima genas vestibat flore iuuenta,*  
 Ec.1. *Candidior postquam tondenti barba cadebat,*  
 Æ.2. *Eripui fateor letho me, & vincula rupi*  
 Æ.1. *Matris Acidalia; positus in glorius armis;* Æ.10.

Nulla

- Æ.11. *Nulla salus bello, iuuenes fortissima corda* Æ.5.  
 Æ.11. *Ponite spes, armis concurrant arma cœtate:* Æ.11.  
 G.4. *Illis ira modum supra est: quis carmine cades* Æ.12.  
*Diuerfas, obitumq; ducum, quis funera fando* Æ.1.  
*Explicit, aut possit scelerum comprehendere formas?* Æ.6.  
 Æ.7. *Quanta per Idæos sauis effusa Mycenis*  
*Tempestat ierit campos, se scire fatentur.* Æ.11.  
 Æ.8. *Extremiq; hominum Morini dux FOEMINA facti* Æ.1.  
 Æ.2. *Fundamenta quatit, sternitq; à culmine Troiam*  
 Æ.3. *Turbine fumantem piceo, & candente fauilla,*  
 Æ.11. *Ipse Mycœnaus magnorum ductor Achiuum*  
 Æ.5. *Victor apud rapidum Simœnta sub flio alto*  
 Æ.11. *Coniugis infandæ prima intra limina dextra*  
 Æ.2. *Concidit, & multo vitam cum sanguine fudit,*  
 Ec.8. *Carminibus Circe socios mutauit Ulyssæi:*  
 Æ.5. *Junonis grauis ira, & inexsaturabile pectus,*  
 Æ.1. *Insignem pietate virum terraq; mariq;* Æ.10.  
 Æ.1. *Torquet agens circum, cineri promissa Sicheo* Æ.4.  
 Æ.4. *Non seruata fides, Pallas ne exurere classem,* Æ.1.  
*Argiuum atque ipsos potuit submergere Ponto?*  
 Æ.10. *Quid repetam exustas Erycino in litore classes?*  
 Æ.7. *Quid memorem Alcide indigna morte peremptum?* Æ.6.  
 G.4. *Nesciaq; humanis precibus mansuescere corda*  
 G.4. *Discerptum lazos iuuenem sparsere per agros*  
 G.4. *Mulcentem Tygres, & agentem carmine quercus:*  
 Æ.2. *Horresco referens, una sub nocte iugali* Æ.10.

Cæsa

- Casa manus iuuenum fœde, talamiq. cruenti*  
 Ec. 9. *Hec cadit in quem quã tantum scelus? arte nouerca* Ec. 7.  
 Ec. 9. *Ora puer prima signans intansa iuuenta,*  
 Ec. 10. *Excussus curru, moribundus volentur armis;*  
 Ec. 7. *Turbatis distractus equis. quis talia fando* Ec. 2.  
*Temperet à lacrymis? totum vulgata per orbem,* Ec. 1.  
 G. 1. *Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo;*  
 Ec. 3. *Eloquar an sileam? natorum sanguine matrem* Ec. 8.  
*Commaculare manus? Summi regnator Olympi* Ec. 7.  
 Ec. 4. *Aspicias hac? an te genitor cum fulmina torques*  
*Nequicquam horremus? nostri non plena laboris* Ec. 1.  
 Ec. 1. *Qua regio in terris? nulla discrimine cadem* Ec. 11.  
*Suscitat, irarumq. omnes effundit habenas:*  
 Ec. 10. *More furens torrentis aqua, vel turbinis atri,* Ec. 10.  
 Ec. 10. *Efferat vis animi, subigit decernere amantes* G. 3.  
 G. 3. *Vulneribus crebris, dominorum fallere dextras:* Ec. 6.  
 Ec. 3. *Infelix monstrum, quo non præstantius ullum,* Ec. 12.  
 Ec. 8. *Ore vomens ignes, armare in prælia fratres,* Ec. 7.  
*Atque adijs versare domos, ruit omnia late* Ec. 12.  
 Ec. 11. *Fœmina, palantes utroque ab litore gentes* G. 3.  
 Ec. 12. *Territat inualidas ut aues; populosq. feroces* Ec. 7.  
 Ec. 12. *Vestigat lustrans, pedibusq. emiscerat uncis* Ec. 11.  
 Ec. 4. *Regnorum immemores turpiq. cupidine captos.*  
 Ec. 7. *Maius adorta nefas maioremq. orsa furorem*  
 Ec. 11. *Mœnibus in patrijs regali splendida luxu* Ec. 1.  
 G. 4. *Inter sacra Deum iuuenes ante ora parentum* Ec. 6.  
 Per

- Ec. 10. *Per varios sternit cœsus, multiabribus armis* Ec. 11.  
 Ec. 10. *Obuia multa virum demittit corpora morti;*  
 Ec. 7. *Sanguineam torquens aciem fremit ore cruento,* Ec. 12.  
 Ec. 12. *Rumor esq. ferit varios, cui tristia bella* Ec. 7.  
*Fræq. insidæque, et crimina noxia cordi:*  
 Ec. 4. *Illæ dolos dirumq. nefas in pectore versat.*  
 Ec. 3. *Tristius haud illis monstrum, mihi frigidus horror* Ec. 3.  
*Membra quatit, sonitumq. pedum vocemq. tremisco,* Ec. 3.  
 G. 3. *Carpit enim vires paulatim, vritq. videndo*  
 FOEMINA, *dij talem terris auertite pestem.* Ec. 3.

## DE AETATE AVREA, ET FERREA.

## Cento XVIII.

- Ec. 1. **I**LLI ego qui quõdam cum Callus amore periret Ec. 10  
 Ec. 6. *Noctes atque dies cecini sub tegmine fagi* G. 4.  
 G. 2. *Carminibus patrijs, leuium spectacula rerum* G. 4.  
 Ec. 7. *Maius opus moueo: Non hic te carmine ficto* G. 2.  
 Ec. 5. *Magnanime Aeneas, nec te rationis egentem* Ec. 7.  
 Ec. 4. *Infelix Dido, miseri post fata Sichei:* Ec. 4.  
 G. 3. *At vero prima repetens ab origine pergam* Ec. 1.  
 Ec. 6. *Illustres animas, totiusq. ex ordine gentis* G. 4.  
*Mores et studia et populos, matresq. virosq.* Ec. 2.  
 Ec. 11. *Dicam equidem fretus cythara fidibusq. canoris* Ec. 6.  
 Ec. 10. *Fatidica Mantus: non omnia possumus omnes:* Ec. 8.  
 Ec. 12. *O Decus Italia, pietate insignis et armis,* Ec. 6.  
 Ingens

- Hyp- A.1. *Ingens, Hippolyte proles pulcherrima bello,*  
 polii  
 fratris A.1. *Per tot ducta viros antiqua ab origine gentis:*  
 Ducis  
 Ferra- Ec.8. *Tu mihi; seu magni superas iam frigora Rheni* Ec.10  
 ria.  
 A.5. *Horridus in iaculis, & pelle libystidis Urse*  
 Infig- A.7. *Arma inter Regum, clypeoq; insige paternum,* A.7.  
 nes Re  
 gis gal  
 lia, &  
 famu- A.11. *Ardus insurgens & grandia LILIA quassans,* Ec.10  
 lia E-  
 sthis. A.9. *Sine Padi ripis Augusta ad moenia regis* A.7.  
 Infig-  
 ne Al- A.5. *Vnde genus ducis, tyrio conspectus in OSTRO,* G.3.  
 foff B-  
 sthis  
 Ducis G.4. *Inter sacra Dei, patribus das iura vocatis,* A.5.  
 Ferra-  
 ria. G.1. *Da facilem cursum, atque audacibus annue ceptis.*  
 G.3. *Omne adeo genus in terris prolesq; virilis* A.7.  
 A.7. *Et trepida matres, pueri innuptaq; puella* G.4.  
 A.6. *Felices anima tot iam labentibus annis* A.1.  
 A.6. *(Sit mihi fas audita loqui) maria omnia circum* A.1.  
*Errabant prima crescentis origine Mundi:* G.1.  
 A.6. *Nulli certa domus: habitant vallibus imis* A.3.  
 A.6. *Seclusum nemus, & scopulis pendentibus antrum,* A.1.  
 A.6. *Riparumq; toros, inter deserta ferarum,* A.7.  
 Ec.1. *Sole sub ardenti, gelidiq; sub aetheris axe:* A.8.  
 A.3. *Victum infelicem baccas, lapidosaq; corna*  
*Dant rami, & vulsis pascunt radicibus herba:*  
 G.3. *Pocula sunt fontes liquidi, Non massica Bacchi* G.3.  
*Munera, non illis epula nocuere reposta:*  
 G.4. *Nulla Venus nulliq; animum flexere Hymenai*  
 A.12. *Imo in corde pudor, & nescia fallere vita* G.1.

Con-

- A.4. *Coniugis antiqui castum servare cubile* A.8.  
 A.7. *Mos erat, & caci stimulos auertere amoris:* A.4.  
 G.1. *Nam neque tum pastor Coridon ardebat Alexim,* Ec.2.  
*Delitias domini, veneris monumenta nefanda.* A.6.  
 G.3. *Nec dum etiam audierat inflari classica; necdum*  
 A.10. *Acta furore graui horribiles exercuit iras.* G.3.  
 A.6. *Tisiphone, aut raptas ad litora vertere pradas* A.1.  
 A.10. *Nescia mens hominum, & terras tentare repostas* A.3.  
 A.6. *Extra anni solisq; vias, nec nautica pinus* Ec.10  
 A.12. *Cæperat infidum remis impellere marmor.* G.1.  
 G.4. *Matres atq; viri, haud vinclo nec legibus aquam* A.7.  
 G.1. *Hanc olim veteres vitam coluere beati,* A.1.  
 A.2. *O fortunata gentes; extrema per illos* G.2.  
*Iustitia excedens terris vestigia fecit:*  
 A.6. *Heu pietas, heu prisca fides, quis talia fando* A.2.  
 A.2. *Temperet à lacrymis? longo post tempore venit* Ec.1.  
 A.6. *Unus qui nobis (fama est obscurior annis)* A.3.  
 A.8. *Is genus indocile, ac dispersum montibus altis*  
*Composuit, legesq; dedit; noua querere tecta* A.7.  
 A.7. *Idem omnes simul ardor agit; labor omnia vincit* G.1.  
*Improbis, & duris vrgens in rebus egestas:*  
 A.6. *Magnanimi heroes nati melioribus annis*  
 A.1. *Europa atque Asia super & Garamathas & Indos* A.6.  
 A.3. *Centum urbes habitant magnas, atq; aurea tecta,* A.6.  
 A.8. *Aurea nunc, olim Syluestribus horrida dumis:*  
 A.3. *Tantum aui longinqua valet mutare vetustas:*

Gg

Nunc

- Æ.6. *Nunc est pauperiem est duros perferre labores* Æ.11.  
 G.3. *Saxa per est scopulos, est virginitatis amorem* Æ.11.  
 Æ.11. *Reijciunt, virtutem antiquam, animosque viriles* Æ.3.  
 G.4. *Contemnunt; stratoque super discumbitur ostro:* Æ.1.  
 G.3. *Ergo omni studio lati conuiuia curant* G.4.  
 Ec.5. *Ante focum, si frigus erit, si metis in umbra:* G.2.  
 Æ.10. *Hoc virtutis opus, glacies ne frigida ledat*  
*Molle pecus, scabiemque ferat, turpeisque podagras;*  
 G.4. *Stat fortuna domus est aui numerantur auorum:*  
 Æ.1. *Fura magistratusque legunt, sanctumque Senatum,*  
 Æ.9. *Rectores iuuentum, est rerum regemque tremendum:* G.4.  
 Ec.3. *Qui populum antiqua sub religione tueri,* Æ.2.  
 Æ.6. *Parcere subiectis, paci que imponere morem* Æ.6.  
 G.1. *Audeat, ille etiam gentes frenare superbas;* Æ.1.  
 G.3. *Ille operum custos, illum admirantur, est omnes*  
*Circumstant donis, est tanto latus honore* Æ.8.  
 Æ.7. *Imperat, est folio medius consedit avito;*  
 Æ.1. *Ille regit dictis animos, populosque feroces* Æ.7.  
 Æ.1. *Imperio premit, ac vinclis est carcere frenat.*  
 Æ.2. *Quid tantum insano iuvat indulgere labori?*  
 G.1. *Heu male apud memores veteris stat gratia facti.*  
 G.2. *Ferrea progenies durum caput extulit aruis;*  
 Æ.8. *Et belli rabies est amor successit habendi,*  
 G.2. *Hic petit excidijs urbem, miserosque penates,*  
 G.2. *Condit opes alius, defossoque incubat auro,*  
 Æ.6. *Hic thalamum inuasit nata: sua quemque voluptas.* Ec.2.  
 Prona

- Æ.9. *Prona trahit, penitusque omnes effundit habenas,* Æ.1.  
 Æ.12. *Discurrunt alij ad portas, est tecta domorum,* Æ.2.  
 Æ.9. *Conuictare iuvat pradas, est viuere rapto;*  
 Æ.2. *Fit via vi, penetrant aulas est limina Regum.* G.2.  
 G.1. *Tam multa scelerum facies? furor iraque mentem* G.4.  
*Precipitant, gaudent perfuso sanguine fratres.* G.2.  
 Æ.12. *Multa mouens animo iam tandem femina, primum* G.2.  
 Æ.11. *Sustentare colo vitam, tenuique Minerua;* G.2.  
 G.3. *Contenta arguto percurrens pectine telas,* Æ.7.  
 Æ.7. *Aurea pectoribus demissa monilia gestat,* Æ.7.  
 G.2. *Dives opum variarum, ostroque insignis est auro;* Æ.4.  
 Æ.4. *Per medias vrbes solennes ducere pompas* G.3.  
 Æ.2. *Exultat; rapidoque volans obit omnia curru* Æ.12.  
 Æ.12. *Punicis inuicta rotis: hinc spargere voces* Æ.2.  
*In vulgum ambiguas, est crimina noxia cordi* Æ.7.  
 Æ.7. *Atque odijs versare domos; lectumque iugale* Æ.4.  
 G.4. *Deformat; dirumque nefas in pectore versat:* Æ.4.  
 Æ.4. *Sape animum nunc hoc celerem, nunc diuidit illuc,*  
*In partesque rapit varias; nec iam amplius vlla* Æ.5.  
 G.2. *Castra pudicitiam seruat domus, omnia versat* Ec.9.  
 Æ.3. *Auri sacra fames, laudumque immensa cupido.* Æ.6.  
 Æ.4. *Sed quis erit modus scelerum comprehendere formas?* Æ.6.  
 G.2. *Nam neque quam multa species, nec nomina qua sint*  
*Est numerus; neque enim percurrere nomina possum;* Æ.6.  
 Æ.6. *Non mihi si lingua centum, sint oraque centum.*  
 G.3. *Tum sciat aerias alpes est Norica si quis*  
 C g 2 Castella

- Hære-  
 sis Lu-  
 tera-  
 na.
- G. 3. *Castella in tumulis videat, desertaq; regna;*  
 G. 3. *Hic quondam morbo cali miseranda coorta est*  
 Æ. 8. *Vana superstitio, veterumve ignara Deorum;*  
 G. 4. *Mores et studia, et populos consortia tecta*  
 Æ. 10. *Sustulit ista prior, stygijs emissa tenebris,*  
 Æ. 4. *Möstrü horrendü informe ingens; cui lumen adëptü*  
 Æ. 4. *Parua metu primo, mox sese attollit in auras,*  
 Æ. 4. *Tam ficti praviq; tenax quam nuntia veri:*  
 G. 3. *Inq; dies avidum surgens caput altius effert.*  
 Æ. 1. *Quæ regio in terris nostri non plena laboris?*  
 G. 2. *Adspice et extremis domitum cultoribus orbem,*  
 Æ. 11. *Et penitus toto divisos orbe Britannos:*  
 Æ. 8. *Quid memore infandas cades vetitosq; Hymeneos?*  
 Æ. 6. *Ausi omnes immane nefas, ausoq; potiti:*  
 Æ. 2. *Corripuere sacram effigiem, manibusq; cruentis*  
 Æ. 12. *Diripuere aras, et religiosa Deorum*  
 Æ. 2. *Limina: ubiq; pauor et plurima mortis imago:*  
 Æ. 7. *Quin etiam medias Italum baccata per urbeis*  
 Æ. 7. *Olim pestis enim, maioremq; orsa furorem,*  
 Æ. 2. *Haud ignota loquor, cuncti se scire fatentur.*  
 Æ. 10. *Ille quidē, ille hominü Diuumq; interpres Asylas*  
 Æ. 7. *Os humerosq; Deo similis, cui plurima mento*  
 Æ. 6. *Canicies inculta iacet, dependet amictus*  
 Æ. 6. *Sordidus ex humeris, omnis quem credidit ætas*  
 Æ. 7. *Semine ab atherio, claro demissus Olympo,*  
 Æ. 3. *Fas omne abrumpit, trepidusq; repente refugit*  
 Pictus

Re-  
 tis An-  
 glie.

Per-  
 card-  
 rus  
 Och-  
 rus Se-  
 zell.

- Æ. 11. *Pictus acutunicas, tot sese verit in ora:*  
 Æ. 3. *Hei mihi qualis erat, quantum mutatus ab illo,*  
 Æ. 11. *Seditione potens, instructus et arte Pelasga,*  
 Æ. 2. *Ibat et ingenti sese clamore ferebat*  
 Æ. 11. *Consilio versare dolos ingressus et astu*  
 Æ. 9. *Fertilis Ausonia populos sermone replebat,*  
 Æ. 4. *Oblitæ decorisq; sui sociumq; salutis*  
 Æ. 2. *Ausus quin etiam sacrato auellere templo*  
 Æ. 1. *Numina magna Deum*  
 Æ. 3. *Ergo omnis furijs surrexit Etruria iustis;*  
 Æ. 1. *Tum celerare fugam, veteres tellure recludit*  
 Æ. 1. *Thesauros, ignotum argenti pondus et auri,*  
 Æ. 11. *Conscijs audaci facti penetravit ad urbeis;*  
 Æ. 1. *Et genus inuisum, et diri sacraria Ditis*  
 Æ. 3. *Ille simul fugiens, atque alta moenia Roma*  
 Æ. 12. *Exilioq; domos et dulcia limina nutat:*  
 Æ. 4. *Et nunc ille Paris cum semiuivro comitatu,*  
 G. 2. *Ignis ubi in medio, et socij cratera coronant*  
 G. 2. *Te libanus Leneæ vocat resupinus in antro;*  
 Æ. 6. *Causa mali tanti, fulgenti murice vestis*  
 G. 3. *Invidia infelix, laudumq; immensa cupidos*  
 Æ. 4. *Nusq; tuta fides, COLVBER mala gramina passus*  
 Æ. 2. *Hortator scelerum, stimulis agitabat amaris;*  
 Æ. 2. *Nec requieuit enim, donec de culmine summo*  
 Æ. 6. *Inter saxa virum stygias detrusit ad undas:*  
 Æ. 10. *Impastus stabula alta LEO cu sape peragrans;*  
 Nunc

Æ. 3. Am-  
 bitio  
 Cardi-  
 nala-  
 rus.  
 Æ. 6. Dia-  
 bolus  
 que ca-  
 cræ lit-  
 Æ. 11. teræ  
 serpe-  
 tem vo-  
 cant.  
 Diabo-  
 lü in-  
 telli-  
 git.

- Æ.5. *Nunc hos nunc illos aditus omnemq. pererrat*
- Æ.3. *Italiam Italiam, sinuosa volumina versat,* Æ.11.
- Æ.2. *Arrectisq. horret squamis & sibilat ore,*
- Æ.2. *Horresco referens: supplex tua numina posco* Æ.1.
- Æ.10. *Omnipotens genitor, superet modo Mantua nobis.* Ec.9.
- Æ.10. *Mantua dives avis, qualis Berecinthia mater* Æ.6.
- Lata Deum partu: procul, ò procul iste profani,* Æ.6.
- Æ.10. *Cœlicola, seruate domum, seruate nepotes,* Æ.2.
- Marga Æ.3. *Et placidi seruate pios, Dominamq. potentem:* Æ.3.
- ritam Æ.10. *Te precor Alcide magnum & memorabile nomen,* Æ.4.
- Mátuq. Æ.11. *Quem primi colimus, miseratē incōmoda nostra:* Æ.8.
- Ducē. & Her. Æ.11. *Quem primi colimus, miseratē incōmoda nostra:* Æ.8.
- culem Gōza. Æ.2. *Hanc primum tutare domū genus acre LVPORVM:* G.3.
- gam. Æ.3. *Hac casti maneant in religione nepotes,*
- Fami. Æ.3. *Et nati natorum & qui nascentur ab illis:*
- liam Capi. Æ.10. *Quo feror? unde abij? fugit irreparabile tempus,* G.3.
- lupa. Æ.10. *Singula dum capti circumuectamur amore;* G.4.
- Æ.11. *Multaq. præterea post me memoranda relinquo:* G.4.
- Æ.9. *Vos, ò Calliope precor aspirate canenti*
- Æ.6. *Illustres animos, & corda oblita laborum:* Æ.4.
- Vitam Æ.9. *Atque ea diuersa penitus dum parte geruntur,*
- Inue- Æ.9. *Purpurei cristis iuuenes, auroq. decori* Æ.5.
- nū vo- Æ.4. *Conueniunt; medijsq. parant conuiuia tectis:* Æ.1.
- lupta Æ.5. *Ordine abena locant alij: flammisq. ministrant,* Æ.1.
- tui ac libidi- Æ.6. *Pars calidos latices, verubusq. tremētia figunt* Æ.1.
- ni de- Æ.1. *Terga suum, pingues centum cum matribus agnos:*
- ditam Æ.1. *Pars epulis onerant mensas, Cereremq. canistris* Æ.1.
- repre- hédit. Expe-

- Æ.6. *Expediunt; tonsisq. ferunt mantilia villis;*
- Æ.6. *Supponunt alij cultros, Bacchumq. ministrant;* Æ.8.
- Æ.3. *Discurrunt variantq. vices, considerare mensis* Æ.7.
- Perpetuis solite iuuenes, ante ora parentum,* Æ.6.
- Æ.9. *Latitraq. fremunt, arrectisq. auribus astant;* Æ.1.
- Æ.5. *Intenti expectant signum, diuosq. precantur:* Æ.8.
- Æ.1. *Tum famuli manibus liquidos dant ordine fontes:* G.4.
- Æ.1. *Illi se præda accingunt, dapibusq. futuris:*
- G.3. *His animaduersis opera inter talia primus* Æ.6.
- Æ.10. *Ultro animos tollit dictis, atque increpat ultro;*
- Æ.1. *O socij, neque enim ignari sumus ante malorum*
- Æ.7. *Hæc eras illa fames, hæc nos suprema manebant,*
- Æ.1. *Per varios casus, per tot discrimina rerum,*
- Æ.7. *Exitijs positura modum: nunc viribus & sus* Æ.8.
- Hunc manibus rapidis, omni nunc arte magistra,*
- Æ.10. *Quod votis optastis adest: sic itur ad astra;* Æ.9. Ironi-  
ce di-
- Æ.5. *Ergo agite, & cuncti nunc illas promite vires:* Æ.5. Gum.
- G.3. *Huc pater, ò Lenæ veni date vina volentes:*
- Æ.10. *Hic finis sandi, spacia in sua quisque recessit* Æ.12.
- Æ.10. *(Ordine cuncta suo) tunc facta silentia linguis,* Æ.11.
- Æ.2. *Sic animis iuuenum furor additus: inde lupi ceu*
- Raptores atra in nebula, rapiuntq. riuuntque* Æ.4.
- Æ.3. *Diripiuntq. dapes, contactuq. omnia sadant;*
- Æ.12. *Nec mora nec requies: olli certamine summo* Æ.5.
- Æ.1. *Tergora diripiunt costis, tum dente tenaci* Æ.6.
- Æ.5. *Dant sonitus, duro crepitant sub vulnere mala:* Æ.5.
- Implen-

- Æ.1. *Implentur veteris Bacchi, pinguisq; ferinas* Æ.5.  
 Æ.7. *Theutonico ritu, vertunt crateras abenos.* Æ.9.  
 Æ.1. *Postquã exempta fames epulis, vox omnibus una*  
 Æ.3. *Calicolum Regi grates persolvere dignas* Æ.1.  
*Non opis est nostræ: Media inter talia verba* Æ.12.  
 G.1. *Nescio qua prater solitum dulcedine lati*  
 Æ.6. *Deuenerè locos latos, cantusq; dedere:* Æ.1.  
 Æ.7. *Ceu quondam niuei liquida inter nubila Cycni*  
*Cum sese è pastu referunt, hic flumina circum.* Æ.9.  
*Fundit humus flores, texunt umbracula vites.* Æ.9.  
 Æ.10. *Hic gelidi fontes, & prata recentia riuis,* Æ.6.  
 G.2. *Spelunca viniq; lacus ac lustra ferarum,* G.2.  
 G.1. *Tum laqueis captare feras, & fallere visco,*  
 G.3. *Impendunt curas, & retia ponere cernis,* G.1.  
*Auritosq; sequi lepores: & fluminis alueo,* Æ.7.  
 Æ.7. *Cum venti posuere, alius trahit humida lina,* G.1.  
 Æ.6. *Pars in gramineis exercent membra palestris,*  
 Æ.7. *Exultant, texuntq; fugas, & praelia ludo,* Æ.5.  
 Æ.6. *Pars pedibus plaudunt choreas, et carmina dicunt:*  
 Æ.8. *Consonat omne nemus strepitu, risuq; soluto:* G.2.  
 Æ.1. *Tum pietate gravem, ac meritis si forte virum quem*  
*Conspexere silent, aut versi terga dedere.* Æ.9.  
 Æ.8. *Deuexo interea proprior sit vesper Olympo:*  
 G.4. *Tectis petunt comites, & nocte teguntur opaca,* Æ.4.  
 Æ.9. *Instaurant epulas, & mensa grata secunda*  
*Dona ferunt, noctem flammis funalia vincunt.* Æ.1.  
 Aduo-

- G.3. *Aduoluere focis ulmos, igniq; dedere:*  
 G.1. *Fruiat genialis hyems, curasq; resoluit;*  
 G.1. *Tunc somni dulces, & tunc mollissima vina:* G.1.  
 Æ.1. *Postquam prima quies epulis, mensaq; remota*  
 Æ.2. *Porticibus longis, nil magna laudis egentes:* Æ.5.  
 Æ.3. *Nam simul expleti dapibus, vinoq; sepulti* Æ.8.  
*Conticuere, sopor fessos complectitur artus:* Æ.2.  
 G.4. *Omnibus una quies operum, labor omnibus vnus.*  
 Æ.11. *At non in Venerem segnes & dulcia furta.* G.4. Hic  
 Æ.10. *Egregij forma, & primo flore iuuentus* Æ.7. Poeta  
 Æ.8. *Defensi tenebris, & dono noctis opaca* libidi-  
 G.3. *In furias ignemq; ruunt, Amor omnibus idem.* G.3. nosam  
 Æ.10. *O fortunata gentes (si credere dignum est)* Æ.6. huic  
 Æ.3. *Vobis parta quies, nos flendo ducimus horas,* Æ.6. nũ vi-  
 Æ.10. *Europam atq; Asiam magno turbante tumultu,* Æ.6. tam te  
 Æ.1. *Non equidem inuideo, ipsa procul discordibus armis* G.2. prehẽ-  
 G.3. *Hand impacatos à tergo horrebis fberos;* dit.  
 Æ.1. *Non umquam somnos abrumpit cura salubres* G.3.  
 Æ.11. *Nos alias hinc ad lacrymas eadem horrida bella*  
*Fata vocant; sauit toto Mars impius orbe,* G.1.  
 G.4. *Regibus incessit magno discordia motu:*  
 G.1. *Hinc mouet Eufrates, illinc Germania bellum:*  
 G.3. *Turbidus & torquens flauentes Ister arenas,*  
 Æ.8. *Extremiq; hominum Morini, tot millia gentes.* Æ.9.  
*Arma ferunt Itale sanguis nouus imbuat arma.* Æ.7.  
 Æ.11. *Hunc etiam horribili visu portenta sequuntur*  
 Hb Obsc-

- Æ.12. *Obscena volucres (id rebus defuit unum.)* Æ.18.  
 Æ.12. *Ætheraq; obscurant pennis; camposq; patenteis* G.4.  
 Æ.12. *Facta nube premunt, en quis consequimus agros?* Ec.1.  
 Æ.5. *Hæc tantis mora prodigijs: bella horrida bella,* Æ.6.  
*Et Tibrim multo spumantem sanguine cerno,*  
 G.1. *Ecce inimicus atrox genus insuperabile bello* Æ.4.  
 Rex Æ.8. *Victor ab Aurora populis, summasq; minatur* Æ.13.  
 Turca *Deiecturum arces Italum, excidioq; daturum*  
 rum.  
 Æ.3. *ÆRE cauo: curruq; volans dat lora secundo* Æ.1.  
 uif ap- Æ.6. *Per Graium populos, & lapidis arua Timani:* G.3.  
 pellat  
 machi Æ.8. *Heu quanta miseris cades Laurentibus instant,*  
 nã ahe  
 neam  
 quam Æ.7. *Ventum ad supremum est: en quo discordia ciues* Ec.1.  
 vulgo  
 Bôbar  
 dã ap-  
 pellat. Æ.10. *Tela inter media atq; horrêtes Marte tumultus* G.1.  
 Æ.10. *Ipsa immota manet, spectatq; interrita pugnas*  
 Æ.1. *Regales inter mensas assueta luuentus,* G.2.  
 G.2. *Atque metus omnes, strepitumq; Acherontis auari*  
 G.2. *Subiecit pedibus, nonnulli obnoxia cura*  
 Æ.11. *Expectare dapes, casosq; videre luuencos*  
 Æ.11. *Hic amor, hoc studium, summa nituntur opum vi.*  
 Æ.11. *Hos inter motus atque hæc certamina tanta* G.4.  
 Æ.4. *Ad delubra iuuat, media inter numina diuum,* Æ.4.  
 Æ.5. *Auxilioq; vocare Deum, veniamq; precari* Æ.3.  
 G.3. *Luciferi primo cum omnes populosq; patresq;* Æ.9.  
 Æ.8. *Molibus è stratis opera ad lux suscitât alma,*  
*Et matutini volucrum sub culmine cantus:*

Ore

- Æ.5. *Ore fauete omnes, si quid mea carmina possunt,* Æ.9.  
 Æ.11. *Vota precesq; mee, tuq; ò sanctissima Virgo,* G.4.  
 Æ.8. *Et vos, ò superi precor aspirate canenti*  
 Æ.12. *Sacra Deumq; dapes & sancta pocula mensa:* Æ.11.  
 Æ.3. *Hæc nobis caliq; vias & sidera monstrant.* G.2.  
 Æ.4. *Principio delubra adeunt atq; ære sonoro* Æ.12.  
 Æ.4. *Turribus aut altis, aut summi culmine tecti* Æ.4.  
 Æ.4. *Dat signum: & subito calum tonat omne fragore;* Æ.9.  
 Æ.6. *Tum demem horrifono stridentes cardine sara*  
*Panduntur porta, pauida longo ordine matres,* Æ.2.  
 Æ.12. *Inualidiq; senes, pueri innuptaq; puella* Æ.2.  
 Æ.7. *Deseruere domos, incensa altaria circum* Æ.7.  
 Æ.7. *Vndiq; collecta, qua cuiq; est copia lati* Æ.5.  
*Dona ferant, onerantq; aras, atque oscula figunt:* Æ.2.  
 Æ.8. *Iamq; sacerdotes soli cantare periti* Ec.10  
 Æ.12. *Velati lino volitant, ostroq; decori,* Æ.12.  
 Ec.7. *Et cantare pares, & respondere parati,*  
 Æ.5. *Agmine partito fulgent, lustrantq; choreis* Æ.10.  
 Æ.1. *Atria, dependunt lychni laquearibus auris:*  
 Æ.3. *Stant ara circum, puraq; in veste sacerdos* Æ.12.  
 Æ.3. *Exorat pacem, pressoter gutture voces* G.1.  
*Aut quater ingeminat, sequitur tum cætera pubes.* Æ.7.  
 Æ.4. *Et nostras audite preces; templiq; sacerdos* Æ.7.  
 Æ.8. *Ante aras plena supplex veneratur acerra.* Æ.5.  
 Æ.3. *Numina magna vocat tendens ad sidera palmas.* Æ.7.  
 Æ.12. *Se causam clamat, crimenq; caputq; malorum,*

H b 2 Mul-

- Æ.12. *Multaq; se incusat, placido sic pectore cœpit.* Æ.1.  
 Æ.5. *Salve sancte parens superi regnator Olympi* Æ.4.  
 Æ.1. *Semper honos nomenq; tuum laudesq; manebunt;*  
 Æ.8. *Et nos q; tua dexter adi pede sacra secundo:*  
 Æ.12. *Nos tua progenies cali quibus annuis arcem;*  
 Æ.8. *Has ex more dapes (ille hac monumenta reliquit* Æ.6.  
 Æ.2. *Extrema iam in morte) hanc tanti numinis aram* Æ.1.  
 Æ.8. *Seruari facimus, meritosq; nouamus honores*  
 Æ.1. *Nate patris summi tua ne hac per vulnera seruior?* Æ.10.  
 Æ.12. *Morte tua uiuens, qua causa indigna serenos* Æ.2.  
 Æ.12. *Fœdauit vultus? aut cur hac vulnera cerno?*  
 Æ.6. *Vicit iter durum pietas: te ianitor Orci* Æ.8.  
 Æ.8. *Te stygij tremuere lacus, Manesq; profundis* Æ.4.  
 Æ.1. *Parce pio generi, q; propius res aspice nostras:* Æ.1.  
 Æ.2. *Alma parens, prasens nostro succurre labori.* Æ.9.  
 Æ.2. *Hac ubi dicta dedit diuino ex ore sacerdos* Æ.3.  
 Æ.3. *Cœlicolum Regis corpus miserabile Nati* Æ.5.  
 Æ.3. *Solennes de more dapes, caelestia dona* G.4.  
 Æ.12. *Suppliciter venerans: ille os oculosq; loquentes* Æ.8.  
 Æ.12. *Extulit q; calo palmas, superosq; precatur:* Æ.5.  
 Æ.12. *Terq; quaterq; manu pectus percussit honestum;* Æ.12.  
 Æ.2. *Religione patrum, gemitum dat pectore ab imo* Æ.1.  
 Æ.4. *Sic ait, haud equidem tali me dignor honore:* Æ.1.  
 Æ.9. *Agnouere Deum proceres, cunctaq; repente* Æ.1.  
 Æ.9. *Demisere caput percussa pectora matres,* Æ.11.  
 Æ.4. *Ipse tenens dextra pateram libauit honorem* Æ.1.

San-

- Æ.3. *Sanguinis q; sacri, monumentū q; pignus amoris.* Æ.5.  
 Æ.11. *Ita ait q; socios pura circumtulit vnda,* Æ.6.  
 Æ.3. *Spargens rore leui q; de pasta altaria liquit,* Æ.5.  
 Æ.3. *Haud mora continuo perfectis ordine votis* Æ.7.  
 Æ.8. *Consurgit senior diuosq; in vota vocauit*  
 Æ.12. *Nudato capite, q; medio stans aggere fatiur.* Æ.12.  
 G.3. *Asper acerba sonans intentis omnibus vnus* Æ.3.  
 Æ.2. *Sacra canit fusus propexam in pectore barbam.* Æ.10.  
 Æ.10. *Edocet humanis qua sit fiducia rebus;*  
 G.4. *Tartareas etiam fauces, noctemq; profundam,* G.4.  
 G.4. *Et coniuratos cœlum rescindere fratres;*  
 G.1. *Supplicia q; scelerum pœnas, sedesq; beatas:* Æ.6.  
 Æ.6. *Ambrosia succos, q; odoriferam panaceam:*  
 Æ.12. *Admonet, immiscetq; preces, alternaq; iactat* Æ.5.  
 Æ.10. *Brachia protendens flammantia lumina torquens* G.3.  
 Æ.7. *Obtutu tenet ora, soloq; immobilis haret,*  
 Æ.4. *Incipit effari mediaq; in voce resistit:*  
 G.4. *Omnia transformat sese in miracula rerum.*  
 Æ.10. *Ille sitim, morbosq; ferens mort albius agris*  
 Æ.8. *Haud incerta canit, mortem prasensq; minatur* Æ.11.  
 Æ.3. *Exitium, veterum voluens monumenta virorum,* Æ.3.  
 G.1. *Æstusq; q; pluuias q; agentes frigora ventos,*  
 Æ.3. *Obscenamq; famem, q; tristes denunciat iras.* Æ.3.  
 Æ.8. *Vota metu duplicant matres, actaq; furore* Æ.5.  
 Æ.4. *Conclamant, resonant late plangoribus ades*  
 Æ.4. *Lamentis gemituq; q; femineo ululatu.*

Talia

- Æ.10. Talia vociferans folio se tollit ab alto. Æ.8.  
 Æ.11. Tempora nudus adhuc, tunicaq. inducitur artus. Æ.8.  
 Æ.6. Hunc circum innumera gentes, miserabile vulgus, Æ.2.  
 Æ.1. Post alij proceres: vitasq. & crimina discit, Æ.6.  
 Æ.11. Prosequitur venia; & verbis compellat amicis, Æ.2.  
 Æ.1. Omnibus exhaustos iam casibus omnium egenos  
 Æ.6. Castigatq. auditq. & numina sancta precatur: Æ.3.  
 Æ.11. Da Pater hoc nobis aboleri dedecus, aquis Æ.4.  
 Æ.11. Observans oculis sceleris vestigia nostri. Æ.10.  
 Æ.6. Discite iustitiam moniti, & non temnere diuos;  
 Æ.10. Stat sua cuiq. dies breue, & irreparabile tempus.  
 Æ.3. Omnibus est: veniet lustris labentibus atas  
 Cum domus & proles subito defecerit omnis.  
 Æ.4. Cara Dei soboles magnum decus addite diuis,  
 Æ.6. Omnis calicotas centum complexa nepotes; Æ.6.  
 Æ.7. Hinc Italia gentes omnisq. Oenotria tellus  
 In dubijs responsa petunt: tibi maxima rerum,  
 Verborumq. fides, & mens sibi conscia recti: Æ.9.  
 Æ.7. Cura tibi diuum effigies & templa tueri. Æ.1.  
 Æ.10. O. utinam ex vobis vnus vestriq. fuisset:  
 Æ.4. Tu modo pasce Deum veniam, sacrisq. litatis  
 Indulge, fer vite preces, iramq. minasque Æ.8.  
 Supplicibus supera votis, atque ære sonoro: Æ.9.  
 Æ.4. Ne Pater omnipotēs adegat nos fulmine ad umbras  
 Pallentes umbras Erebi, stigiamq. paludem: Æ.6.  
 Æ.5. Cum freta cum terras omnes, cælumq. profundam Æ.10.  
 Et ge-

- Æ.1. Et genus humanum flamma crepitante cremabit; Æ.7.  
 Æ.9. Dum tuba terribili sonitu procul ære canoro  
 Æ.1. Iudicium canet, & tristes denunciet iras: Æ.3.  
 Æ.11. Horresco referens, gelidus formidine sanguis  
 Dirigit, cecidere animi, & vox faucibus hæsit. Æ.4.

## IN DIE INCORONATIONIS

IVLII III. PONT. MAX.

## Cento XIX.

- Æ.5. SALVE sancte Parens, cui nunc cognomen IVLO; Æ.1.  
 Æ.8. Et nos & tua dexter adi pede sacra secundo,  
 Æ.6. Missus in imperium magnum: tu maximus ille es Æ.6.  
 Unus qui nobis magnam Mauoris ad urbem Æ.6.  
 Æ.6. Venisti tandem; tuaq. expectata tot annos Æ.1.  
 Æ.5. Iamq. dies ni fallor adest: tibi Lilia plenis Ec.2.  
 Ecce ferunt Nympha calathis; ostrog. decori Æ.12.  
 Æ.1. Pastores ouium, perfectis ordine votis, Æ.3.  
 Æ.2. Sacra canunt: plaudunt choreas & carmina dicunt Æ.6.  
 Æ.6. Matres atque viri, pueri innuptaq. puella; G.4.  
 Æ.8. Consonat omne nemus strepitu, tremat excita tellus Æ.12.  
 Æ.3. ÆRE cauo; crebris collucent ignibus agri, Æ.11. Æs ca  
 uū vul  
 gō Bō  
 bardā.  
 G.3. Castella in tumultis, atque alta mœnia Roma: Æ.1.  
 Æ.5. Ipsi lætitia voces ad sidera iactant  
 Intonsi MONTES; requierunt flumina cursus: Æ.8. Mons  
 ifigna  
 Æ.8. Fortunata senex; tua terris didita fama, Æ.8. Pōtif.  
 Inte-

Æ.1. *Intemerata fides, et mens sibi concia recti,*  
 Æ.3. *Coniungere tibi genus insuperabile bello;*  
 Æ.4. *Et penitus toto diuisos orbe Britannos:*  
 Æ.5. *Ergo age care Pater, semper miserate labores*  
 Æ.6. *Fertilis Ausonia, susceptum perfice munus;*  
 Æ.7. *Perge modo et qua te ducet via dirige gressum:*  
 Æ.8. *Semper honos nomenq. tuum laudesq. manebunt.*

## LAELII CAPILVPI CARMINA,

A D C L E M E N T E M  
P O N T. M A X.

**P**ARCE metu et lacrymis Pater ò Sanctissime,  
Roma

*Omnia quæ potuit vincere, vincet aquas.*

*Non flamma, non tela illam, non aeris ora*

*Corrupta, aut sterilis perdere gleba potest.*

*Quod deerat fluvio obruitur, caput extulit undis*

*Illam tamen, viso teq. refluxit aqua.*

*Salve Roma Deum certe domus, irrita quando*

*In te arma, et frustra cuncta elementa ruunt.*

## DE ROMA AQVIS OBRVTA.

**C**UM Romam aspiceret tantis inuoluitur undis

*Neptunum dictis sic Venus aggreditur.*

*Nona ne satis ferro et flammis perturia Troia*

*Vltus?*

*Vltus? aquis miseros insequeris cineres?*  
*Ille autem, luno aeriaz qui temperat oras,*  
*Ausa nefas, pluvia Tibridis auxit aquas.*

**S**MMERSAM pinitus fluvio Saturnia Romam  
*Vidit, et irridens talia dicta dedit.*  
*Nequicquam Aeneas Troia ex ardente receptos*  
*Factat, si Phrygios obruit unda Deos.*

**H**ANC gemam meam mi Phyllis cum traderet olim,  
*Hac dicta, et dictis oscula mista dabat.*  
*Cor tibi iampridam atq. anima, et nostra ista labella*  
*Sunt data, quod reliquum nunc cape Lyse oculos.*

**H**OC mihi munus Amor misit meus, et simul ista  
*Qua tulit illius nomine verba puer,*  
*Vt te perpetuum videant, quibus inuidet ipsa,*  
*Hos tibi dat Phyllis lux tua Lyse oculos.*

**H**ANC dono mihi dat gemam meam Phyllis, et addit  
*Verba magis tanto munere cara mihi*  
*Te osium ut spectent, quando ipsis cetera sordent,*  
*Hac mea amore tui lumina capta, cape.*

**F**ORTE Lycum Hippolyta e specula, qua stabat, amam  
*Demisso gelida sparserat imbre niuis.* (tē  
 li Jllz

*Ille oculos tollens, sero hac medicina paratur,  
Sunt mea iam pridem viscera facta cinis.*

## IN MORTEM PETRI BEMBI.

**M**ORTE tua fluxit lacrymis & Tibris &  
Arnis  
Bembe, sed Aonijs aruit unda vadis.

**B**EMBAE iaces Musa tecum periire latina,  
Et Tusca, & Venetum concidit historia.

**I**VRE quidē Bembus tumultatur in ade Minerva  
Doctiloqua, natus Peridum in gremio.

CAMILLI CAPILVPI  
CARMINA.

**M**E Pholoe mea me Pholoe quid territat usq.  
Vsq. quid in somnis orget imaginibus?  
Vix oculos sopor irrepfit, sine viribus umbra  
Occurrit Pholoe tristis, ut ante, mihi.  
Ecce instat, iamq. tenet, iam iamq. trementem  
Nescio quis, certe ferreus ense ferit.  
Illa legit relegitq. vias plus mille cadenti  
Assimilis, passim me quoque voce vocat.  
Vita inquit mea vita vale, me iam obruit unda  
Lethes, tu nostri viue. Camille memor.

Vix

*Vix hac ediderat crudeli vulnere victa  
Visa repente meos decidere ante pedes.  
Dij facite hac vacuas vanescant somnia in auras,  
Ipse dedi sanctis si pia thura focis.*

AD MARGARITAM PALEOLOGAM  
MANTVAE DVCEM.

**Q**UOS maris in morem cernis se attollere fluctus  
Tam placidi sedem quis putet esse Dei?  
Mincius hic ille est, placidis qui leniter undis.  
Splendidior vitro prata rigare solet.  
Nunc prater solitum, quia te in sua Regna recepit,  
Perstrepat, & tanta iure superbit aquis.

## AD DEVM.

**S**ALVE rerum opifex, salve hominum salus,  
Qui calum tonitru, qui pelagus cies  
Nutu sedibus imis,  
Et mulces tumidum ut libet.  
Ad te confugio consilio indigens,  
Imploroq. tuam suppliciter fidem,  
Ut vincam mare, iussu  
Quod curro pauidus tuo  
En me monstra petunt aquoris horrida  
Noctes atque dies, quo ingluviem expleant  
En quanto miser astu,

Ii 2 Quan-

Quantis fluctibus obruor.  
 Hinc me precipitem ira atque odium rapit,  
 Hinc duris agit at me stimulis Amor,  
 Hinc caligine septus  
 Vapris ducor honoribus.  
 Cum tot res miserum me assidue nigris  
 Inuoluant tenebris, tu Pater omnium  
 Nostri nubila cordis  
 Sancto flamine discede.  
 Tu lucem potis es luce carentibus,  
 Et fessis requiem reddere mentibus,  
 O spes certa salutis  
 Me tandem excipias senus.

## DE PHOLOE NOCTV CANCROS LEGENTE.

**N**YMPHAE quæ vitreas nitido pede verritis on-  
 Tartaris, obliquos ducitis inq. sinus, (das  
 Tartaris irrigui, mea qui fecundat opimus,  
 Et circum dulci murmurat arua sono,  
 Ut Pholoe mea cura sinus succinta fluentes,  
 Nuda genu, vestris nocte refulget aquis.  
 Ut tennes nodo manicas collecta lacertos  
 Expedit, & mira promouet arte facem:  
 Et loca vestigat digitis, quæ peruia oculis,  
 Pæsti ubi se cancri condere sape solent.  
 Sed licet hand melius conchas Dea colligat Indo  
 Gur-

Gurgite, quam genuit qui maria alta regit.  
 Sic tamenò Nympha caneros disponite, in illos  
 Ut facile injiciat nostra puella manus:  
 Et facite ut niteant tremula sub luce lucerna,  
 Rana nec insultans garrula turbet aquas.  
 Latus ego hinc spargã vos flore, & candidus hædus  
 Huic fonti sacros corruet ante focos.

## AD NOCTEM.

**O** Nox athereis sideribus potens,  
 Quæ cali medium nunc spatium tenes,  
 Parcas si tua rumpo  
 Versu muta silentia:  
 Me me per tenebras dulcis amor tui  
 Raptat, quis numeris te sileat suis?  
 At quis non tua facta  
 Vel magnis tenuet modis?  
 Te semper nitida ante it rosens coma  
 Vesper virginibus sidus amabile,  
 Seu surgente recedis  
 Phæbo, seu pelago ruis.  
 Confectum senio tu tenebris diem  
 Condis, tu iuuenem promissæ aureum,  
 Tu nostras miserata  
 Longas sollicitudines.  
 Defessos homines sola laboribus

Fura-

*Furaris, volucrumq; & pecum genus*

*Spargens humida rore*

*Lethao caua tempora.*

*At quicumq; bonam peruigilant tui*

*Partem, quo superent Pieridum ardua.*

*Lato limite ducis,*

*Et sistis facili iugo.*

*Melli mox eadem roscida sufficis*

*Humorem, segetesq; & violas iuuas,*

*Pascis sidera, qua te*

*Lustrant ignibus aureis.*

*Tum Nympha gelidis insiliunt vadis,*

*Et iungunt faciles agmina Oreades.*

*Immistaq; Napais*

*Instaurant Dryades choros.*

*Tu rebus miserorum arbitra amantium,*

*Queis mentem reuocas, quas gremio foves*

*Blando, tum male sani*

*Fari nescia quid timent.*

*At quid plura moror? tu domitrix Deum,*

*Tu mater placidi sancta Cupidinis,*

*Seu Nox aurea, seu tu*

*Maius Cypria dicier.*

*Salue, & composito cum repeto mea*

*Dilecta Pholoes dulcia, me tegas*

*Circumfusa tenebris*

*Emen-*

*Emensumq; iteres Polum.*

*At si blanditys crudela, nec sibi*

*Constans me Pholoe excludet, & alterum*

*Admittet potiozem,*

*Ingrata acceleres fugam.*

ALFONSI CAPILVPI  
DE HERCVLE ET FERRANDO  
GONZAGIS FRATRIBVS.

**F**ORMOSI Pueri Regum de sanguine nati,  
*In vobis patria spes sita honosq; domus.*

*Arrident vobis felicia sidera, & altum*

*Per vos extollit Mantua lata caput.*

*Nec frustra, ventura ferant quid tempora nobis*

*Tirestias vates posse videre dedit.*

*Illa tibi Alcide Musas in vertice Pindi*

*Jam cernit sertis implicuisse comas.*

*Et tibi consilio & dextra Ferrande potenti*

*Adspicit aduersos iam dare terga Duces.*

DE EISDEM.

**D**IGNA Polo felix sobole si vita manebit,

*Quantus honos patria, gloria quata domus?*

*Juppiter & tantis arrident sydera natis,*

*Mantua diuina hac prole superba tumet:*

*Musa horum cantu forma superantur Amores,*

*Diuer-*

*Deposita his doctus cedit Apollo lyra:  
Diuerso teneros iam iam fulgescere honore,  
Et varia adspicio ferta parata comas:  
Alter erit famam aeternam qui robore quareet:  
Alter cunctando nomen ad astra dabit.*

HIPPOLYTI CAPILVPI EPIGRAMMA.

Quod pagina 150. erat collocandum.

IN PONTEM, QUI EST DOMI.

**S**IT procul à nitidis vitro certantibus undis  
Dextera, qua humano sanguine tincta rubet:  
S. t quoque lingua procul, qua nigro infecta veneno,  
Vibrat in aeternum spicula fœua Deum.  
Impuro non ore licet manibus ve cruentis  
Virginei puram sumere fontis aquam.

IVLII ROSCII HORTINI.

**L**ANGVIDA dū lacrymās pallētiaq. ora maronis  
Conspicit, & patrium deperisse decus  
Mantua conclamat, summo vox reddita Pindo:  
Pone metus. Vates es paritura nouos.  
Illa modum figit lacrymis, & germine ab uno  
Innumeros spectat surgere Virgilios.  
Vix unum licuit terris sperare Maronem:  
Gignere tot felix Mantua sola potest.

IVLII

IVLII CAPILVPI

CARMINA,

AD MARIAM VIRGINEM.

**V**IRGO Regina Poli lux aurea Mundi;  
Quæ tenebras omnes luce nitete fugas:  
Huc adsis; tenebrasq. meo de pectore  
inertes

Discute; & optatam iam mihi redde diem:  
Tunc ego sacra tibi cumulabo altaria donis,  
Et spargam sanctos thuris odore focos.

AD EANDEM.

**A**CCIPE Diua precor deuota munera mētis,  
Quæ tibi dat tenera casta puella manus:  
His aras decorare tuas dum paruula gaudet,  
Deuoto tales edit ab ore preces:  
Ut rubris permista rosis hac alba renident,  
Lilia, quis manibus spargitur ara meis,  
Sic mea purpureo niteat coniuncta pudori,  
(Dum mihi vitæ manet) candida virginitas.

Kk

AD

## AD EANDEM.

**S**YDEREAS habitare domos tibi Rector Olympi,  
 Et dedit æterna virginitate frui;  
 Quamuis vera Dei nutrix materq; fuisti;  
 Virgineo ipsa tamen flore decorata nites:  
 Hunc tua sacra novem portarunt viscera menses,  
 Vberaq; infantem lacte alucre tua;  
 Hoc igitur quodcunq. rogas, tibi Conditor Orbis  
 Annuit, & numquam respuit aure preces:  
 Quotidie innumeros revocas à limine mortis,  
 Das etiam cæcis posse videre diem:  
 Multa potes: miranda facis, satis indicat amplis  
 Suspensa in templis multa tabella tuis:  
 Aspice ut exurat nostros calor aridus artus,  
 Et mea concutiat frigidus ossa tremor:  
 Nil profunt artes; frustra medicamina; succis  
 Mixta salutiferis pocula nulla iuvant:  
 Sancta veni, febremq. meis expelle medullis,  
 Destituat penitus ne mea membra vigor:  
 Quod si parva mea subeat te cura salutis:  
 Non opus humana tunc erit arte mihi;  
 Immo ego despiciam, quos fert medicina saporis,  
 Quamuis ab Eois hinc rate nauta vebat;  
 Et tibi votivas tanto pro munere grates  
 Letus agam in templis, dum tua sacra colam.

AD

AD EANDEM QUAM MATREM  
GRATIARVM VOCANT.

**P**OST QUAM victa meis flexisti huc lumina votis,  
 O Vingo, ætherio quæ premis astra pede:  
 Decessit prorsus languenti e corpore febris,  
 Nec calor exurit, nec quatit ossa tremor:  
 Qualis ubi effuso Nilus septemfluus amne,  
 Per magna Ægypti leniter arua fluit;  
 Languentes surgunt segetes, atque arida passim  
 Herba viret, tristi mox peritura siti:  
 Hinc sua persolvunt templis ubi vota coloni,  
 Prima Dei ante aras spicea dona ferunt,  
 Sic tua, dum plenis exundans Gratia riuis,  
 Spargitur, inq; meos defluit alma sinus:  
 Amissa redeunt paulatim in pristina vires,  
 Et quæ languebant nunc mea membra vigent,  
 Horum igitur memor, assiduo tua numina adorans  
 Ecce fero ante aras munera prima tuas:  
 Accipe Diva precor votis tibi debita, quamuis  
 Non sint hæc meritis carmina digna tuis.

## AD INNOCENTES MARTYRES.

**D**UM frustra o Pueri tentant vos perdere ferro  
 Et Matrum raptos impia turba sinus  
 Omnipotens summo adspiciens vos Rector Olympo,

Kk 2 Pro

Pro Nato immerita morte perire suo:  
 Excipiens gremio caelesti in sede locavit;  
 Et dedit aeterno lumine posse frui:  
 Sanguine nunc tincti in calo splendetis; ut horto  
 Candida puniceo mala colore rubent.

## DE SANCTA AGNETE.

**I**N calum attollens oculos interrita virgo,  
 Arsurā in medijs dum iacet illa focus:  
 Vos, ait, ardentes à me discedite flamma,  
 Omnia sunt penitus corporis vsta mei:  
 Nam Patris aeterni flagrans ego propter amorem;  
 Sunt mea iam pridem viscera facta cinis.

AD MARIAM VIRGINEM QUAM  
MATREM GRATIARVM VOCANT.

**D**IVA quæ cali merito beatas  
 Incolis sedes, radijs decora  
 Patris aeterni, magis ipsa puro  
 Sole renides:  
 Sub tuis ducunt pedibus choreas  
 Sydera, & præter solitum refulget,  
 Dum tuas spectat medijs tenebris  
 Cynthia plantas;  
 Tu Dei immensi licet ipsa Mater,  
 Et simul nutrix etiam fuisti;

Te

Te tamen nulla ambitionis umquam  
 Aura fefellit:  
 Rebus in cunctis humilis fuisti:  
 Ut choros inter superum beatos  
 Sede te in prima voluit locare.  
 Rector Olympi:  
 Huc ades, Virgo, mihi dum vagatur  
 Nunc met cymba ingenij tuarum  
 Maximum laudum mare, ne recedant  
 Litora longè:  
 Non licet tuto pelago in patenti  
 Navita incauto dare vela ventis;  
 Sic ferar notas igitur per undas  
 Litori amicas:  
 Sat mihi tantum tetigisse laudes  
 Debitas virgo tibi; nam camanis,  
 Cui tuos umquam innumeros licebit  
 Dicere honores?  
 Turba te quamvis pia GRATIARVM  
 Nominet Matrem merito frequenter;  
 Non tuis verum meritis satis sunt  
 Nomina mille:  
 Te Pater summus penitus beatam  
 Fecit, immensum dedit & decorem.  
 Et tibi quidquid petis, ille semper  
 Donat habere:

Sup-

*Supplices ergò assiduò vocamus*

*Diva te, ut nostris precibus benigna*

*Lataq; intersis: tibi nam precanti*

*Annuet ille;*

*Servet ut SEXTVM innumeros in annos;*

*Creditam nauem sibi dum superne*

*Ffidens clauo, vigilansq; ab alta*

*Puppe gubernat.*

AD SAN. ZAENAM ET FAVSTINIANVM

PRIMOS BONONIAE EPISCOPOS.

**F**ELICES anima, quas cali in tecta recepit  
*Qui mare, qui terras, qui supera alta regit:*

*Dum gremio formosa suo vos Felsina aebat,*

*Deiunxit vestras candida mitra comas:*

*At Deus aethera cum vos in sede locauit,*

*Et secum regni munera ferre dedit,*

*Splendenti vestram cinxit diademate frontem,*

*Quo minus effulget Sole Oriente Iubar:*

*Quod non ignis edax, rapidi nec temporis atas,*

*Aut Regnum à vobis auferet vlla manus:*

*Adsitis Diui, dum vestro latus honore*

*Ex animo Gabriel numina vestra colit;*

*Et tantum venerata virum tu Felsina votis*

*Huic faueas, cali qui tibi monstrat iter.*

A D

A D E O S D E M.

**Q**VI mitra insigni redimitus tempora; & ostro,  
*Felsineas Ridenti ad flumina pascit oves;*

*En vestra accensus fummo Paleottus amore*

*Ossa peregrini thuris odore colit.*

*Accipe Zama tibi quos nunc largitur honores,*

*Et faueas nutu Faustiniæ tuo.*

A D B E A T A M M A R I A M

V I R G I N E M.

**O** Decus aeternum cali terraq; marisque;

*O Virgo summi maxima cura Patris,*

*Me dudum inuasit macies, & pallida tabes,*

*Dum fluit à capite in pectore gutta meo;*

*Affer opem, te Diua precor de more, frequentes*

*Vt referam grates ad tua sacra tibi:*

*Tu mihi saepe meos toties miserata labores,*

*Auxilium solita es ferre benigna tuum;*

*Non me despicias, quamquã me crimina damnet*

*Commissa in sancti numina magna Dei;*

*Accidit hoc merito, fateor peccasse: fatenti*

*Parce precor, nostras accipe sancta preces:*

*Alma veni, lacrymisq; meis votisq; faueto;*

*Vt dolor hic tandem sit medicina mali.*

A D

## A. D. E. A. N. D. E. M.

**D**I. V. A. licet superi regnes in vertice Olympi  
 At maris. Et terra sunt quoque iura tibi:  
 Alma veni, ser. sancta preces, neu dira repente  
 Mors iaceat fouas in mea damna manus:  
 Affer opem, miserog, mihi succurre cadenti  
 Ditis in aeternas tristia regna domos:  
 Non quaro annosam superet mea vita senectam,  
 Nestoris aut longos posse videre dies:  
 Sed Patris o tantum liceat nunc regna videre;  
 Gara magis vita mors erit ipsa mihi.

## D. E. C. L. A. S. S. I. B. V. S. C. H. R. I. S. T. I. A. N. O. R. V. M.

**A**DRIACIS Venetum discessit classis ab undis;  
 At nunc Tirrhenum navigat illa mare;  
 Et que iam Calabrum tenuerunt litora classes  
 Candida mox leuibus vela dedere Notis:  
 Hesperidum Regis quarum una est altera sacri  
 Pontificis Roma qui tenet imperium:  
 Hi simul unanimes aeterno federe iuncti  
 Iurarunt Asia neclere vincla Duci:  
 Eueniet, nam cuncta potest cui sidera parent,  
 Ipse dedit sancta vincere posse fide.

C. A.

A. D.

A. D. F. R. A. N. C. I. S. C. V. M.  
Z. A. N. N. I. N. V. M.

**S**is tantum licet inclyte  
 Tu Francisce mihi nomine cognitus:  
 Virtus iam tua me tamen  
 Contunxit tibi, nunc perpetuo ligat  
 Nodo non separabili:  
 Miror te facili dicere carmine  
 Quicquid mens tua discipit:  
 Et quicquid docilis ludere vult manus:  
 Docte saepe fouent suo  
 Musa te gremio; sint igitur tibi  
 Chara; te cupidas decet  
 Has usque egregijs tollere honoribus:  
 Sancti siue canis Patris,  
 Miranda aut Venetum facta potentium;  
 Magni qui regit Hesperos  
 Seu Regis; stabili ut federe iungere  
 Festinant animos simul,  
 Vt sternant pariter Regna Asia Ducis;  
 Magna ut pectore gaudia  
 Hinc ventura virum; numine sub Dei  
 Terno qui fide candida  
 Viuunt, qua à superis missa choris fuit.

L. I.

A. D.

## AD POMPEVM ARNOLFINVM.

**H**OS tibi versiculos nostro nunc numine *Musa*  
*Mittit, & accipias munera parua rogat;*  
*Sis memor & nostri & nostri tibi paruula cura,*  
*Sic tua sit semper casta Neera tibi.*  
*Tum iurat Pompee meos nunc inter amicos,*  
*Vllum te carum non magis esse mihi.*

## AD IOANNEM AVSTRIACVM.

**D**IFFUGERE metus, redeunt audacia, vires  
*Latitiaq; simul;*  
*Mittat terra vices, victor cadit ante cadentem;*  
*Sic placitum superis:*  
*Gratia prima Deo est, tum verè sanguine nato*  
*Cesaris egregio:*  
*Immortalia fac speres; parat ipsa triumphos*  
*Roma superba tibi:*  
*Frigora nulla tua, haud vllum ver, vlla nec aestas*  
*Destituet merita;*  
*Pomifer Autumnus magno te semper honore*  
*Perpetuoq; colet;*  
*Damna quis illa satis cantabit carmine vates*  
*Te duce facta mari?*  
*Quo Pius insignis Pastor te extollet honore,*  
*Magnanimusq; Leo?*

*Quis*

*Quis scit an infidum depellant sede Tyrannum,*  
*Te Duce nunc superi?*  
*Cuncta tibi Selime ferox aduersa minantur*  
*Numina Calicolum;*  
*Cum semel occideris, & de te splendida Mauors*  
*Fecerit arbitria,*  
*Non te quippe nefas, non te dementia, non te*  
*Restituet facinus.*  
*Infernis neque enim sauos Diana Tyrannos*  
*Liberat à tenebris:*  
*Nec lethea potest abrumpere vincula, contra*  
*Qui mouet arma Crucem.*

## AD LAELIVM ARIGONVM.

**I**AM te prisca tenent formosa mœnia Roma  
*Lali, iam sordet Mantua nostra tibi:*  
*Spectasti non vsque datum decorare triumphis*  
*Inuictos Reges, magnanimosq; Duces:*  
*Tempora victrici redimitum fronde Columnam*  
*Vidisti, Thracas qui rigidos domuit;*  
*Cesaris & natum deuinctum tempora lauro*  
*Cernes, & vinctos ante trophæa duces:*  
*Inter tantarum (quæso) spectacula rerum*  
*Sit tibi præcipue paruula cura mei.*

Ll 2 DE

## DE PVERO CAMILLO.

**N**ON sic poma DRACO Hesperidū seruabat in hor  
 Nec sic errātes peruigil Argus oves; (tis,  
 Vt mensa seruat uvas puer ipse Camillus;  
 Seruorum rapidas dum timet ille manus.

**T**HYSIS in Eridunū pronus dū despicit, et dum  
 Effundit tristes in fluium lacrymas;  
 Dilectā, marens Galatea funera, nuper  
 Abstulerat misero quam sibi nigra dies:  
 Ite ait, o lacryma rapido cum flumine, & alto  
 Vos nostram pelago mergite tristitiam.

**F**LORIDA pascētes dum tondent prata iuueni,  
 Eridanus liquidis quam fluit amnis aquis;  
 Tityrus hos seruat summo de margine ripa;  
 Et cara Nemesis tristia fata gemit;  
 Dum pronus fluium spectat, dumq; illius ore  
 In rapidas salsus labitur humor aquas;  
 Ite ait, o lacryma pelagi cum flumine ad undas;  
 Maioremq; illis addite amaritiem.

**T**ITYRVS extremorecubans in margine ripa,  
 Quam taciti Minci leniter unda fugit:  
 Immatura sua deslebat fata Neera,

Effus-

Effundens lacrymas pronus in amnis aquas;  
 Cum potum ad fluium uaccis uenientibus ultrō  
 Hæc dixit tristi tristia uerba sono;  
 Vos procul hinc fugite, atq; alias iā querite lymphas,  
 Qua possint uestro pellere ab ore sitim,  
 Namq; meis adeo est lacrymis infectus amaris  
 Mincius, ut iam sit dulcior unda freti.

IN EFFIGIEM AMORIS PRAEBENTIS  
M A T R I S A G I T T A S.

**C**ARE puer matri ne des precor ipse sagittas  
 Abstineas faciles in tua damna manus:  
 Inuidet illa mea forma superata puella;  
 Iamq; capit pœnas sumere iniqua manus.  
 Delia si cadet, arcus, auratamq; pharetram  
 Unde puer sumes spicula & unde faces?  
 Hinc decus omnie tuū, ab quantos tu perdis honores;  
 Nam tua nunc secum sceptrā superba cadent.  
 Abstineas igitur; ne tanti causa doloris  
 Sis mihi, & imperij maxima damna tui.

## PAVLVS B. DE MARTIA EX PROPERTIO.

**L**IBER eram, & vacuo medita bar uiuere lecto,  
 Cum caput impositis pressit amor pedibus,  
 Nunc primus longas solum cognoscere noctes  
 Cogar, & in sueto uiuere seruitio;

Mar-

*Martia prima suis miserum me cepit ocellis,  
 Martia, qua nostra dulcis in aure sonat:  
 Quae licet humanos numquam miserata dolores,  
 Huius ero uiuus, mortuus huius ero;  
 Laus in amore mori: nostros mors claudat ocellos,  
 Martia prima fuit, Martia finis erit.*

## DE MARTA ET ANTONIO.

**M**ARTA decēs, pariterq. leues Antonius auras  
*Mulcebant miris nocte silente modis;  
 Hic facili auratas impellens pectine chordas,  
 Haec niuea tangens aurea fila manu;  
 Hos vagus ille puer pharetris armatus, & arcu  
 Ut sensit dulci perstrepuisse sono:  
 Haec, ait, admirans resolutus lumina vitta,  
 Ecquis tam suauis non bibet aure sonos?  
 Et vos pro meritis placido coniungere amore  
 Non cupiet? dulci & subdere seruitio:  
 Protinus his dictis, leuibus deprompta pharetris,  
 Spicula in illorum pectora torfit Amor;  
 Nullus ab immenso manauit vulnere sanguis,  
 Totus se in lacrymas verterat ipse cruor;  
 Nam subito ipsorum tumuerunt lumina fletu,  
 Et subito undarunt imbre cadente gena:  
 Felices igitur, postquam coniunxit amore  
 Ille pari, & secum viuere posse dedit.*

AD

## AD CORNELIAM.

**D**ESINE lux mea nunc gelidopercussa timore,  
*Perq. sinus lacrymas fundere perq. genas;  
 Desine, & iniustas diffundere masta querellas,  
 Namq. hac sunt misero spicula dura mihi:  
 Ante suos retrò flectent vaga flumina cursus,  
 Destituetq. suas Cynthius ire vias;  
 Quàm tua de nostris secedat flamma medullis;  
 Et vertat sensus altera cura meos;  
 Tu mihi dulcis amor, tu spes mea sola, puellas  
 Inter formosas tu mihi sola places:  
 Tu requies nunc sola mea Cornelia vita,  
 Dulcè mihi per te viuere, dulcè mori.*

## ALGVS E C L O G A

## AD LAELIVM ARIGONVM.

**F**ELSINEI pascebat oves ad flumina Rheni  
*Algenus pastor, fœtis qui nobilis aruis  
 Natus erat, nitidis qua labens irrigat undis  
 Mincius Aonyis Nymphis gratissimus amnis:  
 Ille quidem teneris iam tum consuetus ab annis  
 In studijs, Phœbo Musisq. sacrauerat euum:  
 Haec earum gremio iuuenem persæpe fonebant,  
 Blandaq. syluestri modulantem carmina auena  
 Sæpius intentæ lata cinxere corona:*

Hic

Hic miser ad tumulum (caræ namq; ossa Diana  
 Mandarant nympha mestissima turba sepulcro)  
 Extinctos lacrymis manes desolebat amare;  
 Et miseram varijs componens floribus ornans,  
 Talia mixta suis fundebat verba querellis.  
 Ah mors dira nimis, crudeles vos quoque Parca  
 Cur formosa mea clausistis lumina nocte  
 Dilecta Nympha? miseros ut semper amores  
 Ha nostros resonent valles, & flumina circum  
 Quod silet umbrosû nemus, et qui nunc prope colles  
 Attollunt sese, tristes dum fistula cantus  
 Fundit, & insanas cogit proferre querellas:  
 Flete meos semper mea carmina flete dolores.  
 Quis dabit heu gemitus nostros miserat' amores?  
 Et modo quis mecum lacrymis sociabit amaris  
 Formosæ Nympha funus? vos flumina, vos et  
 Felsinei colles, vos iam mea gaudia fontes,  
 Qui pede nunc tenui per mollia prata fluentes  
 Allicites dulces submisso murmure somnos,  
 Flete meos semper mea carmina flete dolores.  
 Fluminis ad ripas, imis non vallibus Echo  
 Amplius vlla meos dulces resonabit amores,  
 Ut cum incundas facili mea cura querellas  
 Aure bibens, pictis ornabat tempora fertis  
 Ipsa mihi, & tacito condebat pectore flammam,  
 Flete meos semper mea carmina flete dolores,  
 Flu-

Fluminis ad ripas imis sed vallibus Echo  
 Assiduo resonet nostras miserata querellas;  
 Delicijs mors atra meis, mors improba finem  
 Imposuit, secumq; rapax mea gaudia traxit,  
 Funereos agitans ignes, ac pectoris æstus  
 Ardentes Nympha, letheas merfit in undas:  
 Flete meos semper mea carmina flete dolores.  
 Hoc erat hoc riguus qui nunc de montibus amnis  
 Dulce fluens, Rheni placidis diffunditur undis,  
 Quod mihi prædixit, rapidus dum vortice torto,  
 Insueto de more tumens sata facta, labores  
 Agrestum stravit, circum & late omnia limo  
 Obduxit; magnumq; auulsit ab aggere pontem:  
 Flete meos semper mea carmina flete dolores.

Quinetiam saeuus commista grandine ventus  
 Prædixit; iam culta tuis ubi Felsina campis  
 Flauentis Cereris densas prostravit aristas:  
 Pascua vastavit; decussit vitibus vvas,  
 Vulsit & antiquas imis radicibus ornos:  
 Flete meos semper mea carmina flete dolores:

Atque equidem nobis, ni mens ignara fuisset,  
 Signa dabant obitus hac non incerta futuri.  
 Quis Deus è nostro detraxit pectore sensus?  
 Aut animo tenebras mentive induxit inertes?  
 Ut miser extremum numquam cognoscere possem,  
 Quem mors atra diem, quæ nunc tibi saua parauit,

M m Flete

Flete meos semper mea carmina flete dolores.

Ab miser Algeus: quid tum? si prascia tanti  
Mens foret ipsa mali? non fas prauertere cuiquã,

Qua iam concordi statuerunt nomine Parca:

Sollicitis precibus coluisssem templa per urbem;

Ornasssem sacra impositis altaria donis:

Ab miser, extrema saltem tibi sedulus hora,

Labentes manibus potuisssem claudere ocellos:

Flete meos semper mea carmina flete dolores.

O decus eximium, ò nymphis gratissima cura,

O dulcis quondam requies, ò cara voluptas

Ecce iaces, nostra est tecum modo gaudia gestas;

Flet longos laniata tuum nunc Felsina crines

Interitum; assiduos est per nemora alta Napea

Ingeminant luctus: miserantur Oreades altis

Montibus; est liquidis suspirant Naiades undis:

Flete meos semper mea carmina flete dolores.

Te charites fleuere, bonus te fleuit Apollo,

Et Musa, immitiq, venus percussa dolore.

Tristibus heu lacrymis nunc irrigat ora genasque,

Interitum flens mæsta tuum; dum sola vagatur

Per densas sylvas perq, horrida lustra ferarum;

Immemor ipsa sui, flauos inculta capillos:

Imposito numquam cessabunt sine querella:

Flete meos semper mea carmina flete dolores.

Luxit est ipse Puer casus miseratus acerbos;

Sunt

Sunt pini testes, est qua prope flumina Rheni

Saxa iacent, incisa tuum memorabile nomen.

Quod puer ipse dolens fecit, sculpsitq, sagitta

Cuspide, ut immitem nostrum testentur amorem:

Flete meos semper mea carmina flete dolores.

Nec tantum dæsa queritur Philomena sub umbra;

Nec tantum Peregrina gemit nec luget hirundo,

Cum gelidos amnes, cum florida rura pererrat

Vere nouo; misera nec tantum morte peremptum

Fleuere Eridiani ad ripas Phaetonta sorores.

Tristia Felsinea quantum tua funera Nympha:

Flete meos semper mea carmina flete dolores.

Heu heu quis nostros poterit compestere luctus?

Mæsta quis assiduo turgentia lumina fletu?

Semper est effusus flammato è pectore questus?

Quis gemitus? tristi quis pellere mente dolores?

Dulcia si tecum perierunt gaudia nostra:

Flete meos semper mea carmina flete dolores.

Non est qua molles per candida prata choreas

Jam ducat; tenerosve ad fontes dicat amores

Pastorum; tecum lusus periere, iocique,

Nympharumq, sales, est honos est gratia tecum:

Flete meos semper mea carmina flete dolores.

Hæc ille, at cum nox terris induceret umbram,

Et sol in medias iam iam se conderat undas,

Conticuit, longumq, vale vale inquit Amica.

M m 2 GAL.

## GALLVS AD CYNTHIAM.

**C**YNTHIA dic per acrem,  
Te precor natū Veneris: cur lacrymas cadent  
Per mea spernis ora? (tes

Cur dolores saeva meos? cur repetita ab imo  
Pectore nocte tota

Et die suspēria? vis sic morar? cruenta  
Funera vis tūeri

Tu mea ante horā? cupere ab non teneras puellas  
Ista decent: benigno

Tam fera heu sint nūc procul à pectore: sed repētē  
Lata meos recurrere

In sinus, ac tempora falso Sybaris nitentis  
Sperne puella: saepe

Nam latent fulgente sub auro cariōsa ligna.

## AD DELIAM.

**V**IDI ego te incultis nuper mea vita papillis  
Ire: nec aureolas composuisse comas:

Vlla neque in tenero splendebat pectore gemma,

Tincta nec vlla tibi murice vestis erat:

Lilia mixta tuis fulgebant alba capillis,

Purpurea est mammās inter utrasq; rosa:

Non sic nix minio candet permixta rubenti,

Lacte nec imposto mollia fraga rubent:

Nota

Non mihi tu certē visa es formosior vquam:  
Tantum simplicitas, nudaq; forma valet.

## AD DELIAM.

**T**u mea vita potes sine me nunc urbe morari?  
Et terere astiti tempora sicca Canis?

Me formosa tenent inuitum Delia rura;

Sint formosa licet, non mihi grata tamen:

Nam miser hic cogor sine te consumere noctes,

Et sine te longos peruigilare dies:

Huc adsis mea lux tandem, huc mea cura venito,

Inq; meo velox te precor abde sinu;

Omnia nunc formosa virent: nunc omnia rident,

Atque omnis possim fragrat odore locus;

Nunc auium assiduis resonat concentibus aer,

Lataq; purpureis floribus arua nitent:

Et dulce in medijs queritur philomela rubetis,

Et circum flores dulce susurrat apis;

Nunc agros viridesq; simul spectabis aristas,

Et nemora umbriferas explicuisse comas:

Ipse ego te semper dulci sectabor amore,

Assidumq; tuo fixus ero latere:

Ipse soror, carusq; pater, materq; benigna,

Ipse tibi coniux, ipse minister ero:

Hic tibi non deerunt, facili qua copia cornu

Attulit in nostram, deposuitq; domum;

Hic

Hic modò pampinea mecum sub vite iacebis,  
 Dum vertit tardo rusticus arua boue;  
 Et modò pascentes spectabis vallem iuuenca,  
 Dum sonat argutis pastor arundinibus:  
 Et lentas salices, positasq; ex ordine vites,  
 Populea et rectas quas tegit umbra vias:  
 Hic duces tu lata choros; dum turba nouella  
 Obstrepat, et dulci tibia longa sono:  
 Hic tibi nunc hortus suauis iactabit odores,  
 Dum florent viola purpurea q; rosa;  
 Quas tu formoso decerpens molliter vingue,  
 Implebisq; tuos cara puella sinus:  
 Hic suauis cerasos, hic pruna; et grata puellis  
 Immaturo potes vellere poma manu,  
 Ipsa tibi interea molli Philomela sub umbra  
 Dulcè canet tenui gutture millo modos:  
 Errare hic mecum per florida prata licebit;  
 Candidaq; herbofo ponere membra solo,  
 Et mecum tenera gaudebis ludere in herba;  
 Nam mihi tunc lusus mille docebit amor,  
 Mollia seu vario contextes ferta colore,  
 Imponesq; tuis Delia temporibus:  
 Seu mihi submissa meditabere carmina voce:  
 Carmina, qua nullo dulcius ore sonant:  
 Et si fortè tuos mox somnos claudet ocellos,  
 Tempora tunc nostro lassa cadant gremio:  
Lucus

Lucus adest felix secreta conditus umbra,  
 Semper ubi dulci murmurat aura sono:  
 Hic licet astini Solis vitare caloris,  
 Dum rapidi feruet stella proterua Canis:  
 Hic non pascuntur tygres, sauaq; leana,  
 Nostra ferus nec qui gaudia turbet aper,  
 Sed passim lepores saluunt, passimq; vagantes  
 Alternum certant dicere carmen aues:  
 Alma Ceres veniet duris optata colonis,  
 Maturis spicis tempora cincta ferens:  
 Plurima tunc letis resonant messoribus arua,  
 Dum seges incurua falce resecta cadit,  
 Namq; cibo et multo perfusi tempora Baccho  
 Cantant incerto rustica verba pede:  
 Tunc iuuat agrestes centum numerasse puellas,  
 Dum stauas spicas lata per arua legunt:  
 Forsitan atque illis etiam permista decenter  
 Gaudebis spicas colligere ipsa manu:  
 Post veniet teneris Autumnus tempora vincit  
 Vuis, et pomis plena canistra gerens,  
 Tunc matura decet ramis pendentia mala  
 Carpere, et in vacuo ponere lecta sinus,  
 Aurea tunc dulces nobis dabit vna liquores,  
 Quam pressit duro rusticus ante pede,  
 Tunc iuuat agrestem musto tinxisse puellis  
 Tempora, seu niueos commaculasse sinus,  
Tunc

*Tunc canibus leporès sectari, aut fallere visco  
 Incautas volucres, tendere siue plagas;  
 Ast ubi te capient tantarum tadia rerum,  
 Aedibus & medijs lenta vacare voles,  
 Tunc meus ipse nepos aderit tibi, quo puer alter  
 Non certe in toto pulchrior orbe nitet,  
 Nam rosea sunt huic mala, flauiq; capilli  
 Tinctaq; purpureo labra colore micant,  
 Cum quo festinè interdum garrire decebit,  
 Et molles puerò dicere blanditias,  
 Interdum gremio positum retinere lacertis,  
 Et dare purpureis oscula mille genis,  
 Ab miser hos tandem traducam te sine menses?  
 Et sine te inuitus tristia rura colam?  
 Ah pereat quicumq; potest absente puella  
 Ducere tam longas inter aratra moras,  
 Non mihi villa placet, nec quod fecunda ministrat,  
 Urbem dum specto rure puella colit,  
 Sed si cara meos migrabit Delia in agros,  
 Tunc placeant messes; urbs mihi displicet:  
 Hac alij teneant, liceat mihi Delia tecum  
 Viuere, dum nos hic vita manere sinet.*

## E L E G I A.

*Q*UID prodest toties gemmas donasse Neera  
 Sint licet è rubro munera lecta mari?  
 Si si-

*Si fidum illa meum contemnit perfida amorem:  
 Nec gaudet solo dura puella viro;  
 Sed iuuenum longis gaudet comitata cateruis  
 Urbis permagnas ire redire vias:  
 Illa tamen mihi de se hoc dengat: illa veretur  
 Ne fluat è nostro pectore lasus Amor,  
 Ast ego quid credam? miserū si subdola amantem  
 Occultis querit fallere saepe dolis?  
 Tu lacrymas spreuisse meas peruersa negasti,  
 Atque etiam pactam destituisse fidem:  
 O nimium dilecta mihi formosa Neera,  
 Si tu sola mei causa futura mali es,  
 Quid me longa iuuant consumpta tempora noctis  
 Cum stabam ante tuas imbre cadente fores?  
 Quid toties prodest lacrymas fudisse tepentes?  
 Afsidæ nostram quid coluisse fidem?  
 Quid queror, ah demens, iam nunc de pectore cura  
 Decedant: nec sint aspera verba mea:  
 Namq; mali miserata mei iocunda Neera,  
 Nec spernit lacrymas nec minus illa preces:  
 Sed fletus pariterq; preces & munera seruat  
 Pectore, & intactam quam dedit ante fidem:  
 Parce, Neera, precor, si nunc hac impia cogor  
 Victus amore graui dicere verba tibi,  
 Nam curis agitata diu mens anxia linguam  
 A sanis votis abstinuisse nequit,  
 Nu Sit*

Sit licet ingenij virtus patientia; frangit  
 Attamen assiduus pectora nostra dolor.  
 Sed si vera mei tangit te cura salutis,  
 Hac finito rapidos irrita ferre Notos.  
 Et lacrymis euicta meis, euicta dolore,  
 Eripe me è tantis cara puella malis;  
 Displiceas alijs, placeas mihi sola, nec umquam  
 Alterius posthac vincat amore Puer;  
 Sed mihi te castam seruans, dum vita manebit,  
 Mutuus in nostro pectore viuat Amor.

## DE DIANA MAGGI.

QVANTVM luce nitēs superat vaga sidera Luna,  
 Cum tacitos ducit nocte silente choros:  
 Egregios tantum superat Diana poetas,  
 Dum canit Etrusco carmine docta virum;  
 O felix, cui tanta modo permissa potestas,  
 Huius amore frui, carminibusq; coli.

PERSPICVI seruabat oues ad flumina Minci  
 Formosa Pholoes captus amore Mycon;  
 Et se felicem iactabat saepe futurum,  
 Si ardorem cara detegeret domina;  
 Huic igitur soli per florea prata vaganti.  
 Obuius hos tremulo fundit ab ore sonos;  
 O Pholoe dilecta mihi me carior ipso,  
 Adspice quam seua torquear ipse face;  
 At Vir-

At Virgo interea paulatim victa pudore  
 Pingebat teneras ore rubente genas,  
 Hoc ille aspiciens, finem dedit ore loquendi,  
 Nam vetuit Pholoes dicere plura pudor.

IAM dudū ardebat Nemesim formosus Amyntas,  
 Abdere nec poterat iam miser ipse faces,  
 Euenit ut tandem illi se tulit obuia virgo,  
 Dum redit ad patrios incomitata lares:  
 Quam subito ut vidit, pariter sese obtulit illi,  
 Voceq; submissa talia verba dedit.  
 O multum dilecta mihi formosa puella;  
 Sum nescis dudum captus amore tui,  
 Talia sed Nemesi non sucta audire colore  
 Infecit roseo virginea ora pudor,  
 Purpurcam domina faciem cum vidit Amyntas,  
 Extemplo clauso destitit ore loqui.  
 Non secus Ateoni olim vox faucibus haest,  
 Cum vidit nudam ludere fonte Deam.

LANIGERAS dū seruauit oues propè flumina Minci  
 Hæc cara Nemesi Thyrsis amator ait,  
 Non miror quod Sol spoliæ vaga sidera luce,  
 Nam cedunt magnis lumina luminibus:  
 Sed quod nostra modo spoliasti pectora sensu  
 Miror, ubi roseus fulsit ab ore nitor.

*Si tam rara tuo est virtus infusa nitore  
Ergo tuis cedat pulcher Apollo genis.*

## AD GALATEAM.

**T**AM nitidum Galatea tuis stat lumen ocellis;  
Quod cedunt radijs lumina cuncta tuis;  
His ego te vidi depellere sidera celo,  
Et nocte in media reddere saepe diem;  
Vidi etiam Solis clarum superare nitorem,  
Athere flammiferis dum ferebatur equis;  
Non igitur mirum si tu mihi pulcra videris,  
Postquam etiam radijs cedit Apollo tuis.

## DE CYPARISSO ET GALATEA.

**D**VM pulchris Galatea suis micat aurea ocellis,  
Purpureisq; genis hæc Cyparissus ait:  
Sola puellarum digna es cui Cypria dicat,  
Me superas oculis, me Galatea genis;  
Hæc contra Galatea, suos Cyparissus amores  
Dum canit, et docta dum sonat arte lyram;  
Tu solus vatum es dignus cui dicat Apollo,  
Me superas cantu, me Cyparisse lyra.

## DE LVCILLA.

**I**N scenis Lucilla suos dum deflet amores,  
Et vocat infidum iam moritura virum;  
Tam

*Tam dulces mæsto diffundit pectore voces,  
Arteq; tam mira stetibus ora rigat;  
Vt valeat tandem mansuescere pectus amantis,  
Multa potens verbis, multa potens lacrymis.*

## DE CLAVDIA RANGONIA.

**D**VM Tiberis formosa sedet propè Claudia  
ripam  
Et micat illa oculis, et micat illa genis;  
Nascuntur passim viola, mollesq; hyacinthi,  
Sit quamuis rigido terra adoperta gelu:  
Sic ait, admirans hæc cum vidiſſet Amyntas,  
Claudia sol nobis clarior alter eris.

## AD DELIAM.

**C**VM Luna exoriens radijs micat athere ab alto,  
E terris umbras luce nitente fugat;  
Sic facie e specula cum fulges Delia ab alta,  
Ex animo tenebras fronte micante fugas:  
Nocturnos cum Luna choros argentea Olympo  
Ducit, sideribus clauor ore micat:  
Sic quoque, tu choreas agitas ubi candida in urbe  
Delia, virginibus pulchrior ore nites:  
Hoc igitur merito impositum est tibi Delia nomen;  
Namq; tuo illius splendet in ore decus.

AD

## A D E A N D E M.

**F**ORMOSAS superet quamuis Galatea puellas,  
 Hanc tua sola tamen vincere forma potest;  
 Nam facie aut oculis, vel si certare capillis  
 Audebit tecum, protinus illa cadet:  
 Sic audax quondam perijt dum vincere Arachnes  
 Diuinum frustra Palladis audet opus.

**F**ORMOSAM ardebat Lalagem formosus Iolas  
 Gestabat pariter corde puella facem;  
 Huic tandem solam nuper cum forte videret  
 Se obtulit, ac tales edidit ore sonos:  
 O Lalage mea vita, tuo sum captus amore,  
 Feruet  $\&$  assiduo pectore flamma meo;  
 Namq; tui flagrant radij ceu solis ocelli,  
 Et veluti rutilant aurea mala gena;  
 Sola meos sedare potes nunc pectoris aestus,  
 Deniq; sola mei tu medicina mali es:  
 Tunc Lalages formosa genas aspersa rubore,  
 Hos dulces roseo misit ab ore sonos;  
 Si, quantum forma superas me pulcher Iolas,  
 Arderet tantum pectore flamma tuo;  
 Non vlla in terris iam me felicior esset,  
 Quando etiam miseram me tuus vrit amor.

EPIT.

## EPIT. PAVPERIS SENIS.

**P**AVPER eram, mihi parua domus, mihi vilis  
 agellus,  
 Et tenui in mensa parua salina mihi:  
 Non stomacho capitivae meo dolor obsuit umquam,  
 Nec secuit vetulos tarda podagra pedes;  
 Nec mea sollicita vexarunt tempora cura;  
 Nec timui sobrio mixta venena mero:  
 Sic vixi,  $\&$  perij, Cræso felicior ipso,  
 Namq; deesse nihil, nec superesse dolet:  
 Vt fuit ad victum iam viuo terra sepulto  
 Sic erit ad tumulum nunc mihi parua satis.

IN ALTARE PRO VOTO  
ROMAE ERECTO.

**H**AS tibi votivas Virgo sacrauimus aras:  
 Munera parua licet, sint tibi grata tamen.  
 DE VACCA QVADAM CAPILVPORVM.

**S**IT quoque nota mei nunc inter sidera imago  
 Et me felicem terq; quaterq; vocent:  
 Et meritò, nam saepe duos, modo quatuor vna,  
 Tres etiam peperit fertilis ipsa die;  
 Triginta atque nouem vario sic tempore fetus  
 Edidi, adhuc annos bis ego nata decem.

DE

## DE CANE FERAGATA CAPILVPORVM.

**I**LLI ego qui solitus cursu præuerrere ventos,  
 Et prima inuictus præmia ferre domum;  
 At me nunc at as liceat grauis urgeat annis;  
 Corpora & ammissis viribus agra traham,  
 Cum validis etiam nitari contendere cursu,  
 Cum mihi sint lepores nunc quoque præda seni.

DE FUTVRIS NVPTIIS INTER SERENISS.  
 PRINC. MANTVÆ,

ET SERENISSIMAM LEONORAM  
 MAGNI DVICIS ETRVRIÆ FILIAM.

**D**Vm pastor summo recubans in margine ripæ  
 Tityrus assueta ad flumina passit oues;  
 Mincius insignem deuinctus arundine frontem,  
 Se medio attollens gurgite latus ait:  
 Adueniet tempus; cum virgo Etrusca subibit  
 Has sedes, domino sponsa futura meo:  
 Tunc noua nascetur soboles, qua facta parentum  
 Augeat & late proferat imperium:  
 Quæ nitet Phæbus, summo cum surgit ab ortu,  
 Et qua caruleo condit in amne diem:  
 Quæ iacet & rapido solis subiecta calori;  
 Et qua contracto frigore terra riget;  
 Sic reget imperio populos velut altera Roma,  
 Aurea& æternum MANTVA iura dabit.

AD

AD ROMAM DE LEONIS EFFIGIE QVI EST  
 INSIGNE SIXTI V. PONT. MAX.

**D**ESINE terribilem mirari Roma leonem,  
 Ne timeas latum tolle beatæ caput:  
 Haud ullus melius poterat fera pellerè monstra,  
 Quæ tuæ vastarunt Regna opulenta diu;  
 Te leni imperio hic sancta sub lege tuetur,  
 Dum solo immanes territat ore feras.

## IN EANDEM.

**V**T Pastor media dum tudent gramina valle  
 De summo montis vertice seruat oues:  
 Sic leo ab excelsa Petri nos adspicit arce,  
 Et solo aspectu territat inde lupos:  
 Jam tuto pascantur oues sub Monte, leoni  
 Dum vigil errantis stat modo cura gregis.

EPIT. ORESTIS VANNOCII  
 BERINGVTII SENENSIS.

**S**ENA tibi patria est, gelido te mastra sepulcro,  
 Mantua defunctum condit ante diem,  
 Te iuuenem virtus summo decorauit honore,  
 Et dedit æterna nobilitate frui:  
 Illa igitur tanto meritò se iacet alumno;  
 Hac fleat interitus ante sepulcra tuos.

Oo

EIVS-

## EIVSDEM EPIT.

**H**OC tumulo quāvis lateas tua cognita Orestes  
 In terris virtus sol ut in axe micat:  
 Tu iuuenis rerum pontisti noscere causas.  
 Quas natura suo continet ampla sinu.

## EIVSDEM EPIT.

**H**OC iacet in tumulo Senis oriundus Orestes,  
 Vitruuij ingenio nec minus arte valens;  
 Natura hic celeri potuit res mente latentes  
 Noscere, quas tarda vix valet arte senex;  
 Cuius nunc virtus magnum qua sparsa per orbem,  
 Sol velut in calis undiq; clara nitet.

## AD LAELIVM COSTAM GENVENSEM.

**O** Ligurum genite insigni de sanguine Lali  
 O iuuenis patria gloria prima tua;  
 Tu facili ingenio natura arcana recludis,  
 Quae vix experta nouit ab arte senex;  
 Nam quae hominum studiis non intellecta resistunt  
 Cedunt ingenij viribus illa tui;  
 Culta Minerva tibi; nec non facundia rara est.  
 Namq; tuo Marci splendet in ore decus;  
 Fas tibi Musarum dulces expromere cantus,  
 Atque suam Phoebus dat tibi habere lyram:  
 Nota

Nota tibi Euclidis, vel magna volumina, curfus  
 Quae cali et terra semita longa docent;  
 Te nec Pittagora, nec docti scripta Platonis,  
 Nec sacra legis condita iura latent:  
 Hinc tua me virtus, tali deuinxit amore,  
 Ut valeat posthac soluere nulla dies;

Placi-  
 dus Fa-  
 uia.  
 Grego-  
 ri<sup>o</sup> Ca-  
 pilutus  
 Theo-  
 logi. Te Placidus summoq; colunt Capilutus amore,  
 Virtuti merito praemia digna tua;

Sive aliena colis, seu te nunc alta morantur  
 Litora, quae Ligurum verberat unda maris;  
 Sis memor ipse mei, si qua instrumenta reponis  
 Alterius studio, siue reperta tuo;

Namq; peregrinas dum te iuuat ire per vrbes  
 Multa videre potes, noscere plura potes;

His me participem facias; nam cognita profunt  
 Et menti, et nostris artibus illa magis:

Contra ego siue colam nitida quā Mincius urbem  
 Ambit aqua, aut iuxta quae fluit arua Padus;

Te licet absentem, semper venerabor honore,  
 Et referet laudes vox mea saepe tuas.

IN FONTEM QUI EST ROMAE,  
 IN PLATEA QUAE DICITVR S. MARCELLI.

**Q**VAE fluit assidue nostro de marmore, lymphā  
 Dat tibi larga manus; si sitis ipse bibe:  
 Sic tibi saepe merum, si nunc manaret eodem  
 Fonte, ex quo surgens labitur unda, daret.

## IN SERENISSIMUM DUCEM MANTVAE.

**A**RGENTI ac fuluo rutilans Vincentius auro,  
 Insidet in niueo conspiciendus equo:  
 Dum capiti insignem populo plaudente coronam,  
 Et gerit inuicta scepra paterna manu,  
 Illius egregio virtus sic enitet ore,  
 Non secus ac auro lucida gemma micat:  
 Qua Duce victorem spolijs Orientis onustum,  
 Hunc saepe accipiet Mantua lata sinu:  
 Et lauro adspiciens deuinctum tempora; currus  
 Ante triumphales inclyta facta leget.

## AD TORQVATVM TASSVM.

**C**VLTA tui ingenij miramur carmina Tasse,  
 Dum pia Goffredi concinis arma ducis,  
 Carminibus celebrata tuis facta inclyta Regis  
 Aeternum merito dant tibi habere decus:  
 Te vatem iam Roma canens extollit ad astra;  
 Imponitq; tuis laurea ferta comis.

## I V L I I R O S C I I H O R T I N I .

in sacratifs. domum Lauretanam.

**A**VSONIAS quisquis pergis nouus hospes ad oras  
 LAVRETI cupidus ponere in ade pedem:  
 Non tam candenti mireris marmora templi;  
 Quam velta Algerum tecta beata manu.  
 Hac est illa domus conceptus conscia sacri,  
 Virginis impleuit cum Deus ipse sinum.  
 Hic & raptavit caelestis sepius infans,  
 Et lac virginis suxit ab uberibus:  
 Tu sacrum thalamum summisso poplite adora:  
 Sanctior in toto non nitet orbe locus.

I V L I I C A P I L V P I C E N T O N E S  
 E X V I R G I L I O ,

AD BEATAM MARIAM VIRGINEM.

## Cento I.

- A**.5. **S**ALVE sancta Parēs, magnū et memorabile nomē **A**.4.  
**A**.1. **N**ata Patris sūmi, atq; eadē gratissima cōiux: **A**.10.  
**A**.1. **V**irginis os habitumq; gerens: lectissima Matrum: **A**.9.  
**A**.10. **Q**ua nunc aetherios inter Dea candida nimbos, **A**.8.  
**A**.8. **S**olis inardescis radijs longēq; refulges;  
**E**c.5. **S**ub pedibusq; vides nubes, & sidera Olympi: **A**.5.  
**A**.1. **C**ui pater intacta pro virginitate sacrauit **A**.12.  
**G**.2. **I**ngentem calo Rex aetheris altus honorem, **A**.12.  
**A**.12. **V**ictus amore tui, tantum decus enitet ore: **A**.4.  
**A**.7. **T**e super etherias errare licentius auras  
**A**.1. **P**ermisit, caliq; libens in parte locauit. **A**.12.  
**A**.1. **O** quam te memorem VIRGO MARIA: omnia calo **A**.5.  
**A**.14. **D**onat habere tibi diuū Pater atque hominū Rex. **A**.1.  
**E**c.2. **T**u decus omne tuis, postquam se condidit alueo **A**.9.  
**A**.2. **H**aud ignota loquor, Deus aethere missus ab alto, **A**.9.  
**A**.10. **I**mpleuitq; sinum, claraq; in luce refulsit **A**.1.  
**A**.4. **A**duentum, auxiliumq; Dei (mirabile dictu) **A**.7.  
**G**.1. **N**equicquam seros Lucina experta labores, **G**.4.  
**A**.2. **S**acra per integram soluuntur viscera pellem, **G**.4.  
**A**.6. **L**ata Dei partu, venit de corpore virtus **A**.5.  
**A**.10. **O**mnipotens, subijt cari genitoris imago. **A**.2.

Hac

- Æ.3. *Hac quondam cali magnum ventura sub axem*  
 G.1. *Iam pridem nobis cecinerunt omnia vates.*  
 Æ.6. *O Virgo, cui tanta Deo, permessa potestas,*  
 Ec.2. *Huc ades, & votis iam nunc assuesce vocari*  
 Æ.1. *Ad te confugio miserantem incommoda nostra,* Æ.8.  
 Æ.6. *Huc geminas nunc flecte acies, mentemq; benignã* Æ.1.  
 Æ.2. *Alma parens, presens nostro succurre labori.* Æ.9.  
 Æ.6. *Adspice ut insignis cepit crudescere morbus,* G.3.  
 Æ.1. *Nec dum etiam manare cruor cessavit, & altè* G.3.  
 Æ.8. *Huic capiti insultans, lentus non deficit humor* G.1.  
 Æ.2. *Ex illo fluere, ac morbo illuvieq; peresa* G.3.  
 G.4. *Protinus inq; sinu precordia ad intima subdit,* Æ.7.  
 Æ.10. *Visceribus super accumbens iam pectore toto* Æ.9.  
 Æ.1. *Haret, & interdum macie confecta suprema* Æ.3.  
 Æ.3. *Membra quatit, frigentq; effatè in corpore vires,* Æ.5.  
 G.3. *Quid labor aut benefacta iuvant? ususq; medendi?* Æ.12.  
 Æ.10. *Nil valide iuvare manus; nihil auctor Apollo* Æ.12.  
 Æ.11. *Profuit, aut Marsis quaesitè in montibus herba;* Æ.7.  
 Æ.12. *Non hac humanis opibus; cessere magistri:* G.3.  
 Æ.11. *At tu, oro, solare inopem, & succurre relicto,*  
 Æ.7. *Hoc mihi da proprium Virgo sperare salutem;* Æ.1.  
 Æ.11. *Tu requies omnis cura casusq; levamen,* Æ.3.  
 Æ.3. *Solamenq; mali; culpam compeisce, priusquam* G.3.  
*Dira per incautum serpant contagia pectus;* Æ.1.  
 Ec.1. *Namq; fatebor enim tanto me crimine dignum,* Æ.10.  
 Æ.6. *Hortator scelerum, sensus animumq; labentem* Æ.4.

Im-

- Impulit, agnosco veteris vestigia fraudis: Ec.2.  
 Æ.2. *Hinc mihi prima mali labes praecepta secuto* G.4.  
 Æ.1. *Matris Acidalia, tales expendere poenas* Æ.10.  
 G.1. *Non aliam ob culpam voluit Rex magnus Olympi.* Æ.2.  
 G.2. *Quare ut te supplex peterem tua limina adiui* Æ.6.  
 Æ.12. *LAVRENTI, fama totum vulgata per orbem:* Æ.1.  
 Æ.7. *Tectum Augustum ingens centum sublime columnis* Tēplū  
 Æ.12. *Servati ex undis ubi figere dona frequentant* Laurē  
 Æ.6. *Matres atque viri, & votas suspendere vestes,* ti Ita  
 Æ.12. *Submissi petimus terram, nos munera templis* lia in  
 Æ.4. *Quippe tuis ferimus, meritosq; novamus honores:* quo est  
 Æ.8. *Namq; sub ingenti lustro dum singula templo,* domus  
 Æ.12. *Vidi oculos ante ipse meos solennia vota* B. Ma-  
 Æ.11. *Tantum impensis operum, miracula rerum,* riq; Vir  
 Ec.2. *Atque humiles habitare casas, paruosq; penates* gius.  
 Æ.3. *Vnà omnes tecum meritis pro talibus annos* Æ.1.  
 Ec.1. *Hic illum vidi, cali cui sidera parent,* Æ.10.  
 Ec.9. *Certe equidem audierã (vulgatur fama per urbes)* Æ.12.  
 Æ.12. *Agminis aligeri socijs, sacraq; caterua,* Æ.11.  
 G.3. *Aerea per vacuum ferri tectumq; laremque,* G.3.  
 Ec.3. *Montibus in nostris alio sub sole iacentem,* G.3.  
 Æ.1. *Matre Dea monstrante viam (mirabile dictu)* Æ.2.  
 Æ.1. *Litus ad Ausonium conuexo in tramite sylva* Æ.11.  
 Æ.8. *Delegere locum, & posuere in vertice montis:* Æ.10.  
 Æ.3. *O felix una ante alias pulcherrima proles* Æ.6.  
 Æ.3. *Calicolum Regi, tantarum in munere laudum* Æ.8.

Nunc

- Ec. 6. *Nunc ego namq̄ tibi terq̄ hac altaria circum* Ec. 3.  
 Æ. 11. *Persoluam grates: numero Deus impare gaudet* Ec. 8.  
 Æ. 1. *Sin absumpta salus, & vis inimica propinquat* Æ. 12.  
 Æ. 10. *Te precor hanc animam serues Natoq̄ Patrique*  
 Æ. 9. *O genitrix, meriti tanti non immemor unquam;* Æ. 9.  
 Æ. 4. *Errantem doceas iter, & sacra ostia pandas;* Æ. 6.  
 Æ. 6. *Fre ad conspectum cari Genitoris & ora*  
*Contigat, patiar quemuis durare laborem:* Æ. 8.  
 Æ. 6. *Da dexteram misero, & tecum me tolle per auras,* G. 12.  
 Æ. 6. *Sedibus ut saltem placidis in morte quiescam;*  
 Æ. 5. *Quod superest oro, dubijs ne defice rebus,* G. 6.  
 Æ. 3. *Sola in te suprema salus, miserere tuorum:* Æ. 12.  
 Æ. 6. *Noctes atque dies facilis descensus auerni.* Æ. 6.  
 Æ. 4. *Tu modo posce Deum veniam, sacrisq̄ litatis*  
*Indulge, fer rite preces iramq̄ minasque* Æ. 8.  
*Supplicibus supera votis, miserere precantis,* Æ. 5.  
 Æ. 4. *Ne Pater omnipotēs adigat nos fulmine ad umbras*  
*Pallentes umbras Erebi, stygiamq̄ plaudem;* Æ. 6.  
 Æ. 5. *Cum freta, cum terras omnes, calumq̄ profundum,* Ec. 10.  
 Æ. 1. *Et genus humanum, crepitantibus urere flammis* G. 1.  
 G. 1. *Ipsē Pater statuit: seruans sub pectore vulnus* Æ. 1.  
 G. 2. *Aeternum; sceleris tanta est iniuria nostri;* Æ. 3.  
 Æ. 6. *Discite iustitiam moniti, & non temnere Diuos;*  
 Æ. 10. *Stat sua cuiq̄ dies, breue & irreparabile tempus*  
*Omnibus est; veniet lustris labentibus atas,* Æ. 1.  
*Cum domus & proles subito deferit omnis.* G. 4.



Venit

- Æ. 2. *Venit summa dies & ineluctabile tempus,*  
 Æ. 10. *Exitium magnum, atque metum mortalibus agris:* Æ. 12.  
 G. 1. *Cum caput obscura nitidum ferrugine texit*  
 G. 1. *Sol tibi signa dabit; solem portenta sequentur,* Æ. 11.  
 Æ. 3. *Et Lunam in nimbo nox intempesta tenebit;*  
 Æ. 2. *Horresco referens, nigrescent omnia circum;* Æ. 11.  
 Æ. 10. *Incipiet magno misceri murmure calum,* Æ. 4.  
 Æ. 12. *Et venti vastos voluent ad litora fluctus;* Æ. 1.  
 Æ. 9. *Miscent se maria, & nigra attollentur arenas*  
 Æ. 6. *Sub pedibus mugire solum, tonitruq̄ tremiscent* Æ. 5.  
*Ardua terrarum, & campi, ripaq̄ lacusque,* Æ. 12.  
 G. 2. *Ingentem vocem late memora alta remittent;* Æ. 12.  
 Æ. 7. *Multaq̄, praterea variarum monstra ferarum,*  
 Æ. 6. *Terribili aspectu forma sub nocte per umbram,* Æ. 6.  
 G. 4. *Incedent; magnisq̄ urbem terroribus implent:* Æ. 11.  
 G. 4. *Tum varia illudent species; crudelis ubique* Æ. 2.  
*Luctus, ubique pavor, & plurima bella per orbem.* G. 1.  
 Æ. 2. *Quis cladem illius noctis? quis funera fando*  
*Explicet? & simulacra modis pallentia miris?* G. 1.  
 Æ. 5. *Inde ubi clara dabit sonitum tuba; protinus omnes* Æ. 9.  
 Æ. 6. *Adspicies animas imis exire sepulchris;* Ec. 8.  
 Æ. 7. *Hinc exaudiri gemitus; mihi frigidus horror* Æ. 3.  
*Membra quatit, gelidusq̄ cont formidine sanguis;*  
 G. 2. *Hac animus meminisse horret, luctuq̄ refugit;* Æ. 2.  
 Æ. 4. *Arrectaq̄, horrore coma, & vox faucibus hæsit.*

P p AD

AD SIXTVM V. PONT. MAX.  
IVLII ROSCHII HORTINI.

**S**IXTE Pater per quem veteres instaurat honores  
Roma, quibus iacuit semisepulta locis;  
Exurgit decus antiquum, patet ampla viarum  
Semita, & aequatis collibus alta secat:  
Iam neque Flaminia cedant iuga celsa Quirini,  
Nec Vaticanis collibus exquilis:  
Sumite felices felicia dona Quirites:  
Finibus è longis lymphæ beata venit.



AD S. D. N.

**SIXTVM V.**  
**PONT. MAX.**  
**IVLII CAPILVPI**  
**CENTO IIX VIRGILIO.**



- Aen. 5. **S**ALVE sancte Parens, qui vertice  
MONTIS ab ALTO Aen. 7.  
Geor. 1. Et Tyberim Tuscum, & Romana  
palatia seruas;  
Aen. 7. Cui triplici niuea cinguntur tem-  
pora vitta, Aen. 6.  
Geor. 4. Inter sacra Deum Patribus das iura  
vocatis Aen. 5.  
Aen. 5. Summe PATER; nam te voluit Rex magnus Olympi  
Ecl. 5. Montibus in nostris exortem ducere honorem: Aen. 5.  
Aen. 6. Te regere imperio, & summa dominarier arce Aen. 7.  
Aen. 1. Romanos rerum dominos, sanctumq; Senatum, Aen. 1.  
Ecl. 4. Terrasq; tractusq; maris: te Maximus orbis Geor. 1.  
Aen. 12. Suppliciter venerans multo compellat honore; Aen. 3.  
Aen. 8. Te Itygij tremuere lacus: Tu maximus ille es Aen. 6.  
Vnus qui nobis cunctando perdere gentem Aen. 7.  
Aen. 7. (Quam neque fas igni cuiq; nec sternere ferro)  
Aen. 7. Immanem Lapithum valuit; cui tristia bella Aen. 7.  
Iræq; infidatq; & crimina noxia cordi,  
Aen. 6. Atq; odijs versare domos, & viuere rapto. Aen. 7.  
Ecl. 5. Vt lupus infidias dum explorat ouilia circum Geor. 3.  
Aen. 6. Ingenti trepidare metu, cum videt ab alto Aen. 10.  
Geor. 3. Præcipitem fuluum descendere Monte LEONEM. Aen. 4.  
Aen. 12. Mille fugit, refugitq; vias, & concaua furtim Aen. 5.  
A 2 Saxa

- Saxa petit, seq; ex oculis auertit, & aufert.  
 Ecl. 1. Sic hos versa fuga victor dare terga coegit,  
 Aen. 6. Huius in aduentu, quo non praestantior alter,  
 Aen. 8. Terrentur visu subito, mirabile dictu,  
 Aen. 10. Hoc virtutis opus, paci; imponere morem;  
 Parcere subiectis, & debellare superbos.  
 Aen. 3. O foelix vna ante alias pulcherrima Roma,  
 Ecl. 4. Aspice venturo latentur vt omnia saeclo:  
 Ecl. 5. Non lupus insidias pecori, nec lustra ferarum  
 Villa dolum meditantur; amat bonus otia PASTOR;  
 Aen. 6. Nec vim tela ferunt, tuta latet arce viator;  
 Geor. 2. Casta pudicitiam seruat domus; herba veneni  
 Occidit, & serpens: terris vestigia fecit  
 Aen. 1. Iustitia; ac toto surget gens aurea Mundo:  
 Aen. 3. Viuite foelices: sicut ingens MONTE sub ALTO  
 Aen. 3. Vobis parta quies; pacem laudate sedentes.  
 Ecl. 7. Nymphæ noster amor Libethrides; en erit vnquam  
 Illæ dies? totum vt liceat mihi ferre per orbem  
 Geor. 2. Carminibus patrijs laudes & facta PARENTIS?  
 Aen. 7. Tyrrhenû, ad Tybrim, & fontis vada sacra, vbi CAMPOS  
 Aen. 9. MARTIUS à stabulis rapuit LVPVS, vndiq; lymphas  
 Aen. 6. Faucibus effundens, viridi proiectus in antro  
 Geor. 4. Exultans rorem latè dispergit amicum.  
 Aen. 6. Iam pridem cupio, suspensam blanda vicissim  
 Gaudia pertentant mentem, tua dicere facta:  
 Aen. 7. Quæ potui infelix? Non omnia possumus omnes;  
 Ecl. 1. Quamuis Parnasi deserta per ardua dulcis  
 Raptat amor, iusisq; ingentibus vrget Apollo:  
 Aen. 4. Ecce iterum toto descendit corpore pestis  
 Aen. 8. Huic capiti insultans, lentus non deficit humor  
 Aen. 2. Ex illo fluere, ac crudeli tabe peredit  
 Geor. 1. Ingenium; non lingua valet, non corpore notæ  
 Sufficiunt vires: caput horum, & causa malorum  
 Aen. 4. (Namq; fatebor enim) sceleris vestigia nostri,  
 Aen. 6. His misere malis: culpam compece, priusquam  
 DIRA per incautum serpent contagia pectus,  
 Aen. 6. SISTE precor miserere, potes namq; omnia, nec te  
 Aen. 11. Nequicquam sacra longæuum in sede locauit  
 Aen. 10. Omnipotens Genitor: Cælo Ereboq; potentem  
 Aen. 1. Ad te confugio; patet atri Ianua Ditis;  
 Aen. 6. Panduntur portæ domus omnipotentis Olympi;  
 Aen. 4. Submissi petimus terram; miserere precantis:  
 Aen. 3. Da deinde auxilium, atq; alto succedere Cælo:  
 Aen. 4. INDVLGE, fer ritè preces, iramq; minasq;  
 Supplicibus supera votis; per sydera tellor

Aen. 4.  
 Geor. 4.  
 Aen. 6.  
 Geor. 2.  
 Aen. 6.  
 Geor. 2.  
 Geor. 2.  
 Ecl. 6.  
 Aen. 10.  
 Ecl. 4.  
 Geor. 2.  
 Ecl. 4.  
 Aen. 11.  
 Aen. 11.  
 Ecl. 8.  
 Ecl. 8.  
 Ecl. 4.  
 Gen. 2.  
 Aen. 9.  
 Ecl. 1.  
 Aen. 2.  
 Aen. 5.  
 Ecl. 8.  
 Ecl. 8.  
 Geor. 3.  
 Aen. 7.  
 Aen. 5.  
 Geor. 1.  
 Aen. 6.  
 Aen. 12.  
 Aen. 11.  
 Ecl. 4.  
 Geor. 3.  
 Aen. 1.  
 Aen. 6.  
 Aen. 2.  
 Aen. 6.  
 Aen. 6.  
 Aen. 11.  
 Aen. 1.  
 Geor. 4.  
 Aen. 8.  
 Aen. 3.

Per

- Per superos; colui vestros si semper honores.  
 Aen. 9. Ipse tibi ad tua Tempa feram solemnia dona,  
 Geor. 3. Aonio rediens deducam vertice Musas  
 Aen. 6. Infuetum per iter, & te memorande canemus;  
 Aen. 3. Idem venturos tollemus in astra Nepotes;  
 Aen. 2. Quod res cunque cadent, quæ ritè incæpta parauit  
 Perficere est animus, mecum modò vita superfit,  
 Aen. 7. Tu vatem tu Diua mone, dicam optima facta:  
 Aen. 10. Facta Patris laudes; audacibus annue captis,  
 Aen. 2. Dicam olim, quocunque dabunt stempore vires;  
 Geor. 3. Te sine nil altum mens incohat, en agè segnes  
 Rumpè moras; tentanda via est qua me quoq; possim  
 Tollere humo, stimulos sub pectore verit Apollo.  
 Geor. 1. Hinc canere incipiam, lucos atq; aurea TECTA;  
 Aen. 8. Aurea nunc olim Syluestribus horrida dumis:  
 Geor. 1. Mox scena vt versis discedat frontibus, vtq;  
 Aen. 7. Ipse QVIRINALI Romano nomine PORTAM  
 Aen. 1. Imposuit, Pinosq; ferens de MONTIBVS ALTIS  
 Geor. 4. Eduamq; PYRVM, biferiesq; rosaria pesti,  
 Geor. 4. Testa ferit latè circum dimensa viarum  
 Aen. 10. Ordine cuncta suo, factura Nepotibus vmbra:  
 Geor. 3. Addâ Vrbes, molèq; & MONTES insuper ALTOS;  
 Geor. 3. Hic TEMPLVM donis opulentû, & numine DIVAE:  
 Geor. 1. FOELICES fontes, & itagna virentia musco:  
 Aen. 7. Hoc etiam his addam, saxumq; immane mouentem,  
 Aen. 9. Immanem molem, secreta in sede latentem;  
 Geor. 2. Vt tumidum sub te per mensi nauibus æquor,  
 Aen. 1. Hic pietatis honos, quo tutior hospita lustris  
 Acquora, & Ausonio possis confidere Portu  
 Aen. 7. Dat tibi præterea: susceptum perfice munus  
 Aen. 5. Summe PATER; rebusq; veni non asper egenis.  
 Aen. 5. Quod superest oro, si quid mea carmina possunt,  
 Aen. 4. Huc geminas nunc flecte acies, & mania serua  
 Aen. 10. Fatidicæ Mantus, propius res aspice nostras,  
 Aen. 1. Nos tua progenies, referentem signa CAMILLVM  
 Aen. 2. Hunc primùm tutare, ingens CAPVT oris hiatu  
 Cui malæ texere LVPI; nec vestra feretur  
 Fama leuis, tantiq; abolefcet gratia facti;  
 Ecl. 9. Cantantes sublime forent ad æthera Cygni  
 Aen. 6. SISTE tuum nomen, superet modò Mantua nobis,  
 Aen. 10. Mantua Diues auis, Troianæ gloria gentis.

Aen. 11.  
 Geor. 3.  
 Aen. 4.  
 Geor. 3.  
 Aen. 10.  
 Geor. 1.  
 Aen. 4.  
 Geor. 3.  
 Aen. 6.  
 Aen. 6.  
 Aen. 8.  
 Geor. 4.  
 Geor. 4.  
 Geor. 2.  
 Aen. 1.  
 Geor. 3.  
 Geor. 4.  
 Aen. 12.  
 Aen. 2.  
 Aen. 3.  
 Aen. 3.  
 Aen. 6.  
 Aen. 8.  
 Ecl. 9.  
 Aen. 11.  
 Aen. 1.  
 Aen. 6.  
 Aen. 11.  
 Aen. 7.  
 Ecl. 9.  
 Aen. 6.






# IVLII CAPILVPI

CENTO EX VIRGILIO.

AD ILLUSTRIS. AC REVERENDISS.

D. SCIPIONEM GONZAGAM  
Cardinalem Amplissimum,



AD ILLUSTRIS. AC REVER. CARD.  
HIERONYMUM DE RVERE.

Cento III.

- Æ.7. **H**ESPERIA in magna multos servata per annos, Æ.7.  
 Æ.6. Monte sub aërio, tardis ubi flexibus errat G.3.  
 Æ.2. Inter opima virum fluvio Tiberinus amœno, Æ.8.  
 G.1. Exijt ad cælum ramis felicibus arbor  
 Æ.6. Sacra comam, nemorūq; lœvi qua maxima frödet: G.2.  
 Ec.7. Populus in fluvij, abies in montibus altis, Quercus est ifigie Card. de rue re.  
 Ec.7. Formosa myrtus Veneris, Parnasia laurus, G.2.  
 Ec.7. Fraxinus in silvis cedit tibi, pinus in hortis.  
 Ec.5. Vitis ut arboribus decori est, ut vitibus una;  
 Ec.5. Tu decus omne tuis, his pomis utilis arbor. G.2.  
 G.2. Dant alios alia fetus, dat T molus odores, G.1.  
 G.1. India mittit ebur, molles sua thura Sabai.  
 G.1. Hac varios ponit fetus, virtutis auita Æ.10.  
 G.2. Pullulat ab radice alijs densissima sylva,  
 Æ.4. Aurea purpureo frondescit virga metallo; Æ.6.  
 G.2. Præterea genus haud unum dedit, hic genus omne G.1.  
 Sylvarum fructicūq; viret, nemorūq; sacrorum,  
 G.2. Chaonijq; Patris glandes, semperq; recentes Æ.7.  
 G.2. Et trudit gemmas, & frondes explicat omnes,  
 G.1. Cum nix alta iacet, glaciem cum flumina trudent:  
 G.2. Hoc illuc ramos annosaq; brachia pandit, Æ.6.  
 Æ.2. Dat late pecori frondem, aut pastoribus umbram, G.2.  
 G.1. Illudunt, pascuntur oves; sub matribus agni Æ.9.  
 Bala-

- Balatum exercent, lati conuiuia curant.* G. 1.
- Æ. 1. *Intenduntq; locum fertis, lustrantq; choreis* Æ. 10.
- Ec. 1. *Pastores: primum dulces ante omnia Musa* G. 2.
- Æ. 7. *Corpora sub ramis deponunt arboris alta:*
- Æ. 6. *Floribus insidunt varijs, & carmina dicunt:* Æ. 6.
- G. 2. *Auia tum resonant auibus virgulta canoris,*
- Æ. 11. *Dant sonitum rauca per stagna loquacia Cycni:*
- Ec. 9. *Hic ver purpureum, varios hic flumina circum*
- Fundit humus flores, texunt umbracula vites:* Æ. 9.
- G. 2. *Nec liquidi gregibus fontes, nec gramina desunt.*
- Æ. 7. *Huius apes summum densa (mirabile dictu)* G. 4.
- Æ. 7. *Obsedere apicem, calog. examina ludunt,* G. 4.
- G. 4. *Educunt fetus, & mella tenacia figunt.* G. 4.
- Æ. 7. *Hinc Itala gentes, omnisq. Oenotria tellus*
- In dubijs responsa petunt, curasq. resoluit.* G. 1.
- Æ. 7. *Hic & tum PATER ipse petens responsa LATINVS,*
- G. 3. *Ipse dies agit at festos, ouiumq; magistros* Ec. 2.
- Æ. 10. *Edocet humanis qua sit fiducia rebus:*
- Æ. 7. *Per populos dat iura, viamq; affectat Olympo:*
- G. 2. *Ergo non hiems illam non flabra nec imbres*
- Conuellant, solidoq. suo stent ROBORE vires.* Æ. 7.
- Æ. 6. *O quam te memorem, mecum modo vita supersit.* G. 3.
- Æ. 10. *Fatidica Mantus, qua sunt mihi condita versu* Æ. 10.
- Hoc est Vir  
gij. *Carmina Pastoris modulans alterna notauit,* Æ. 5.
- Æ. 3. *Pauca tibi è multis, prohibent nam cetera Parca* Æ. 3.
- Æ. 4. *Nunc, olim quocumq; dabunt se tempore vires*
- Dicam*

- Æ. 1. *Dicam equidem; maior rerum mihi nascitur ordo;* Æ. 6.
- Ec. 2. *Sed tamen ista satis: membris agit atra venena* G. 2.
- Æ. 8. *Huic capiti insultans fluuidus liquor; omniaq; in se* G. 3.
- Æ. 9. *Præna trahit, subitoq; omnis de corpore fugit* Æ. 11.
- Æ. 10. *Efferæ vis animi: talemq; auertite pestem* Æ. 3.
- Æ. 8. *At vos, ò superi, & Diuum tu maxime Rector*
- Æ. 6. *Eripe me his inuicte malis, via prima salutis* Æ. 6.
- Æ. 1. *Ad te confugio, & supplex tua numina posco.*
- Æ. 10. *Quo feror? unde abij? fugit irreparabile tempus:* G. 3.
- Æ. 5. *Mens agit at mihi, nec placida contenta quiete est,*
- Æ. 7. *Tirrbenum ad Tibrim & fontes tua dicere facta* Ec. 8.
- Ec. 8. *Propter aqua riuum, redimitus tempora Quercu,* G. 1.
- Æ. 2. *Hic ubi visa cito decurrit tramite VIRGO* Æ. 5.
- G. 3. *Purior electro, strepit omnis murmure CAMPVS* Æ. 6.
- Æ. 9. *MARTIVS, illa cadens raucum per lauia murmur* G. 1.
- Saxa ciet, scatebrisq; arentia temperat arua;*
- Ec. 7. *Hic arguta sacra pendebit fistula QVERCV.* Æ. 8.
- Æ. 12. *Interea, maneat nostros ea cura Nepotes* Æ. 3.
- Æ. 9. *Quando aliter nequeo, hac olim meminisse iuuabit,* Æ. 1.
- Æ. 1. *Denique, namq; super tibi erunt qui dicere laudes* Ec. 6.
- Æ. 5. *Intendant, iuuat ire iugis qua nulla priorum* G. 3.
- CASTALIAM molli diuertitur orbita cliuo.*
- Æ. 2. *Ipse inter primos, magnam Mauortis ad urbem* Æ. 6.
- G. 2. *Sufficiet sacra redimitus tempora lauro,* Æ. 3.
- Æ. 1. *Tum genus omne tuum, fama tot ferre per annos,* G. 3.
- Æ. 9. *Nota quot lonij veniunt ad litora fluctus.* G. 2.

Q 9 Salus

Fons  
lupi in  
campo  
Mar-  
tio.

Iose-  
phum  
Casta-  
lioni  
Acco-  
nica-  
nam.

- Æ.5. *Salve Magna Iouis antiquo Robore Quercus* G.3.  
 G.2. *Ipsa ingens arbor factura Nepotibus umbram,* G.2.  
 Æ.1. *Sis felix: tibi res antiqua laudis et artis,* G.2.  
 G.4. *Mores et studia, et series longissima rerum;* Æ.1.  
 Æ.6. *Te quoque magna manent: superu iam signat honore* Æ.6.  
*Et pater ipse suo, rerum cui summa potestas:* Æ.10.  
 Æ.3. *O felix una ante alias voluentibus annis;* Æ.1.  
 G.1. *Scilicet et tempus veniet: cum hac terra videbit* Æ.12.  
 G.4. *Servantem ripas, vicinaque Tibridis arua,* Æ.3.  
 Æ.3. *Sceptra Palatini et summa dominarier arce.* Æ.7.  
 Æ.12. *Audiat hac genitor, super et Garamantas et Indos* Æ.6.  
*Proferet imperium: cali de parte serena* Æ.9.  
 Æ.10. *Annuit et totum nutu tremefecit Olympum.*  
 Æ.1. *Intonuit laeuum, rvere omnia visa repente.* Æ.8.  
 Ec.8. *Tunc et omnes ultro fugiat lupus; aurea dura* Ec.8.  
*Mala ferant Quercus, omnis ferat omnia tellus,* Ec.4.  
 Ec.8. *Cum canibus timidi venient ad pocula dama*  
 Ec.2. *Montibus et siluis, aries iam suaue rubenti* Ec.4.  
*Murice iam croceo mutabit vellera luto:*  
 Ec.4. *Incultisque rubens pendebit sentibus uua;*  
 Ec.5. *Hac tibi semper erunt: flauescet campus arista* Ec.4.  
 Æ.7. *Sponte sua, Asirium vulgo nascetur amomum,* Ec.4.  
 Ec.4. *Et dura Quercus sudabunt roscida mella:*  
 Ec.4. *Non rastros patietur humus. celebrate fauentes* Æ.8.  
 Ec.4. *Talia secla, quibus calo te laudibus equem?* Æ.11.  
 Æ.11. *O decus Italia merito pars maxima nostra* G.2.  
*Adsis*

Allu-  
dit ad  
cogno-  
mi.

- Æ.4. *Adsis o placidusque Iuues; hanc adspice gentem,* Æ.6.  
 G.2. *Antiquasque domos, cui nunc cognomen Iulo,* Æ.1. Fami-  
 lia Ca-  
 pilupa.  
 Æ.11. *Et mala texere LVPI CAPVT oris hiatus,*  
 Æ.3. *Et genus et mansuram urbem, tuaque inclyta fama* Æ.2.  
 G.2. *Sistat, et ingenti ramorum protegat umbra.*  
 Ec.9. *Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos;*  
 Æ.10. *Numina nulla premant, rapidive potentia solis,* G.1.  
*Acrior aut Borea penetrabile frigus adurat:*  
 Ec.10 *Ab tibi ne teneras glacies secet aspera glandes* Æ.6.  
 Ec.7. *Iuppiter, at lato descendat plurimus imbri*  
 Æ.6. *Spargens rore leui: fluuios dum piscis amabit,* Ec.5.  
 Ec.5. *Dumque thymo pascentur apes dum fronde capella* Æ.10.  
 Æ.4. *Dum memor ipse mei, dum spiritus hos reget artus,*  
 Æ.8. *Semper honore meo, semper celebrabere donis.*

AD SCIPIONEM GONZAGAM  
 S. R. E. CARDINALEM AMPLISS.

IULII ROSCII HORTINI.

**I**VLIVS ingressus Pindi per amœna vireta  
 More patrum, patrias colligit inde rosas:  
 Et quas per varias Maro texuit ante corollas  
 Inserit in varios florida dicta modos.  
 Tu GONZAGA tuis, quas Patria mittit ab hortis  
 Insertum lectas sum Maronis opes;  
 Et tibi frons quamuis Romano fulgeat Ostro,  
 Non minor è patria est qui tibi venit honos.

29 2 AD

AD ILLVSTRISS. AC REVER. CARD.  
SCIPIONEM GONZAGAM.

## Cento IV.

M I N C I V S .

- Æ.10. **E**X TREMVV hunc *Arethusa* mihi cōcede laborē,  
Æ.10. *Fatidica Mātus Tiberini ad fluminis vndā* Æ.10.  
Æ.10. *Carmina sunt dicenda: neget quis dicere laudes* Ec.6.  
Æ.6. *Scipiadas? vocat ingenti clamore Citheron* G.3.  
Æ.6. *Delius inspirat vates, aperitq; futura:*  
Æ.9. *Vos ò Calliope precor aspirate canenti*  
Æ.3. *Qua mihi pradixit velatus arundine glauca* Æ.10.  
Æ.10. *Mincius in ripa gelidig; sub atheris axe,* Æ.8.  
G.3. *Punior electro calo gratissimus amnis,* Æ.8.  
Æ.10. *Populeas inter frondes, lucosq; sonantes,* Ec.10.  
Æ.2. *Cum primum viridante thoro confederat herba.* Æ.5.  
Ec.6. *Ille canit, pulsa referunt ad sydera valles.*  
Æ.3. *Audite ò proceres, ait, & spes discite vestras,*  
Æ.5. *Accipite ergo animis, atque hac mea figite dicta,*  
Ec.7. *Non iniussa cano; pertentant gaudia pectus:* Æ.1.  
Æ.5. *Ore fauete omnes, latasq; advertite mentes,* Æ.5.  
Ec.4. *Iam noua progenies, cali ventura sub axem* Æ.6.  
Æ.10. *Quod votis optastis adest; nec Romula quondam* Æ.6.  
*Ullo se tantum tellus iactabit alumno:*  
Æ.8. *Vatis Fatidica venit iam carminis atas,* Æ.10.  
Æ.9. *Nec longum in medio tempus; iustissimus vnus* Æ.7.

Per

- Æ.11. *Per gentes erit, haud vlli virtute secundus:* Æ.11.  
Æ.7. *Namque fore illustrem fama factisq; canebat*  
Æ.1. *Insignem pietate virum, voluentibus annis;* Æ.1.  
Æ.11. *Cui genus à proavis ingens: insigne paternum,* Æ.7.  
Æ.6. *Quatuor hic primum migrantes terga volucres,* G.1. Qua-  
tuora-  
quile  
sunt in  
signia  
Dom<sup>o</sup>  
Gōza-  
gæ.  
Æ.3. *Signa tibi dicam, pedibus louis armiger vncis* Æ.9.  
Æ.5. *Alta petens genti nomen dedit armaq; finxit:* Æ.1.  
G.4. *Quod iam non dubijs poteris cognoscere signis.*  
Æ.3. *Pauca tibi multis, tu condita mente teneto,* Æ.3.  
G.4. *Expediam, si prima domus repetatur origo* Æ.7.  
Æ.1. *Ante diem clauso componet vesper Olympo.*  
Æ.6. *Hic rem Romanam Tyrio conspectus in OSTRO* G.3.  
Æ.6. *Lustrabit studio recolens, opibusq; iuuabit,* Æ.1.  
Æ.1. *Consilia in melius referet: Mauortis ad urbem* Æ.6.  
Æ.1. *Iura dabit, legesq; viris, ritusq; sacrorum:* Æ.12.  
Æ.1. *Ille reget dictis animos; nec parua sequetur* Æ.11.  
*Gloria, lecta diu & multo spectata labore:* G.1.  
Æ.11. *Succedet fama qua Sol virumq; recurrens* Æ.7.  
*Adspicit Oceanum, vniusq; per ora feretur;* Æ.12.  
Æ.10. *Hoc virtutis opus. Referam tibi Mantua palmas* G.3.  
Æ.10. *Mantua diues auis; totum vulgata per orbem.* Æ.8.  
Æ.8. *Quare agite ò Iuuenes, tantarū in munere laudū*  
Ec.5. *Spargite humum folijs, inducite fontibus umbras:*  
Ec.7. *Nympha noster amor prastanti corpore Nympha* Æ.1.  
Æ.8. *Cingite fronde comas, iuuat indulgere choreis,* Æ.9.  
Æ.7. *Donaq; ferre viro, solennes ducere pompas:* G.3.

Nos

- Æ.11. Nos verò hac patriam grati referemus ad urbem.  
 G. 2. O decus, ò fama meritò pars maxima nostra,  
 Æ.8. Flos veterum virtusq; virum, mea maxima cura, Æ.1.  
 Æ.8. Adsis ò tandem, per spem surgentis Iuli Æ.6.  
 Fam- Æ.2. Hãc primùm tutare domũ genus acre LVPORVM, G. 3.  
 liã Ca  
 pilupã. Æ.4. Adsis ò, placidusq; iuues, & sidera calo  
 Dextra feras, meriti tanti non immemor umquã. Æ.9.  
 Ec.4. Aggredere ò magnos (aderit iam tempus) honores  
 Cara Dei soboles, magnum decus addite diuis; Æ.8.  
 Æ.1. OLLI se quantis attollet gloria rebus. Æ.4.  
 Sixtus Æ.9. At tu Magne PATER cali cui sidera parent, Æ.10.  
 V. Sũ-  
 m<sup>o</sup> P<sup>o</sup>. Æ.3. Inferniq; lacus, atque alta moenia Roma, Æ.1.  
 tifix. Ec.5. Sis bonus ò FELIXQVE tuis, de MONTIBVS ALTIS G. 4.  
 Æ.6. Missus in imperium magnum, sedesq; beatas, Æ.6.  
 Ec.2. Huc adsis; nostrumq; lenes quemcumq; laborem: Æ.1.  
 Ec.4. Tuq; adeò decus hoc cui; quas dicere grates? Æ.11.  
 Quasve referre parem? est insignis gloria facti: Æ.12.  
 Æ.2. Vndique visendi studio Romana propago Æ.6.  
 Circumfusa ruit; voces ad sidera iactant.  
 Intonsi montes; omnes vno ore Latini Æ.12.  
 Æ.8. Latitia, ludisq; viã plausuq; fremebant.  
 Æ.1. Non opis est nostra grates persolvere dignas, Æ.1.  
 Æ.12. Nec gens ulla tuos aequè celebrabit honores:  
 Æ.8. Quid memore portas, strepitumq; & strata viarũ Æ.1.  
 Æ.1. Inspectura domos? solido de marmore templa Æ.7.  
 G. 2. Tot congesta manu? praruptis oppida saxis

Artis

- Æ.8. Artis opisq; tua? scenis decora alta futuris; Æ.1.  
 G. 2. Fluminaq; antiquos subter labentia muros?  
 Ec.1. Et fontes sacros diuini gloria Ruris? G. 1.  
 Æ.6. Nec vidisse semel fatis est, iuuat vsque morari,  
 G. 2. Quinetiam saliente sitim restinguere riuo: Ec.5.  
 G. 2. Adde tot egregias verbes, operumq; laborem,  
 Æ.3. Quas vestra fecere manus: recludere fontes G. 3.  
 Æ.7. Cura tibi, insano iuuat indulgere labori. Æ.6.  
 G. 2. Quid maiora sequar? liceat tua dicere facta: Ec.8.  
 Æ.12. Saxum antiquum ingens aquataq; machina calo Æ.4. Obeli  
 Æ.8. Stabat acuta flix, penetrali in sede sub auras scus.  
 Erecta ingentes, cineres atque ossa perempti Æ.4.  
 G. 3. Caesaris & nomen, multos seruata per annos, Æ.5. Secun  
 Æ.6. Per loca senta situ numquam concessa moueri, Æ.7. di vul  
 Æ.1. Tanta molis erat; summo cum monte videmus gi opi  
 Æ.8. (Horrendum dictu) vasta se mole mouentem; Æ.3. nionẽ.  
 Æ.2. Accingunt omnes operi, pedibusq; rotarum  
 Subijciunt lapsus, tacitam se pondere prodit: G. 2.  
 Æ.8. Obstupuere animi; mediaq; in Valle theatri Æ.5.  
 Æ.2. Inseedit, dorso insurgens altissima visu: Æ.8.  
 Æ.6. Ergo altè vestiga oculis venerabile LIGNVM Æ.12. Crucẽ  
 Æ.12. Vertice se attollens, corpus miserabile NATI Ec. 5. intelli  
 G. 3. Hic quondam multo vitam cum sanguine fudit, Æ.2. git in  
 Æ.6. Heu pietas, heu prisca fides; CHRISTIQVE decorã rate  
 Æ.4. Casariem sparsi rorabant sanguine vepres. Æ.9. Obeli  
 Æ.5. Proh scelus, ingenti concussa est pondere tellus, Æ.8. fci po-  
 Æ.9. sitam

Im-

- G. 1. *Impiaq; aeternam timuerunt sacula noctem;*  
 Æ. 1. *Nate Patris summi nimium crudele iuisti*  
*Supplicium (ea visa salus morientibus una)*  
 Æ. 6. *Causa mali tanti sceleris vestigia nostri,*  
 Æ. 4. *Submissi petimus terram; sperare salutem.*  
 Æ. 11. *Da Pater hoc nobis, pacem te poscimus omnes;*  
 Æ. 10. *Et duplices cum voce manus tollemus ad astra,*  
 Æ. 3. *Sola in te suprema salus; miserere tuorum.*  
 Æ. 9. *Spondeo digna tuis ingentibus omnia captis*  
 Ec. 1. *Fortunate senex; facta est pulcherrima Roma.* G. 2.  
 G. 2. *Salve magna parës; multos dominata per annos,* Æ. 2.  
 G. 2. *Magna virum, tibi res antiqua laudis est artis;*  
 G. 2. *Dives opum variarum, ostroq; insignis est auro;* Æ. 4.  
 Æ. 10. *Ipsa caput populis, tot iam labentibus annis,* Æ. 2.  
 Æ. 3. *Hospitium antiquum, decus est tutamen in armis* Æ. 5.  
 G. 4. *Magnanimum Heroum; genus insuperabile bello.* Æ. 4.  
 Æ. 5. *Quod superest, oro, septem subiecta Trioni* G. 3.  
 Æ. 3. *Gensq; virum truncis est duro robore nata,*  
 G. 2. *Et pulcher Ganges, atque auro turbidus Hermes,*  
 Æ. 9. *Omnis Arabs, omnes vertentes terga Sabai,*  
 G. 1. *Nomina sola colant, tibi seruiat ultima Thyle,*  
 Ec. 9. *Carmina qua vultis cognoscite, carmina vobis,*  
*Hinc aliud mercedis erit; celebrate fauentes* Æ. 3.  
 G. 2. *SCIPIADAS laudes, ultro occurramus ad undam,* Æ. 10.  
 Æ. 7. *Collis Auentini; hic etiam sua premia laudi.* Æ. 1.  
 Æ. 3. *Sol ruit interea est montes umbrantur opaci,*  
 Dura-

- Æ. 1. *Durate est vosmet rebus seruate secundis:*  
 Æ. 5. *Hæc ubi dicta; lacu fluminis se condidit alto* Æ. 3.  
 Ec. 7. *Mincius, est rebus nox abstulit atra colorem.* Æ. 6.

AD ILLUSTRIS. D. THOMAM AVALI  
 MARCHIONIS PISCARIAE F.

IVLII ROSCII HORTINI.

**T**E gremio in molli fouit placidissima Syren  
 Auale ubi aeterno vere renidet humus:  
 Sacraq; candenti posuere sedilia saxo,  
 Et tibi Pieria ferta dedere Dea:  
 Hinc blæde tu plectra moues. Hinc carminis author  
 Ad numeros gaudet concinuisse tuos.  
 Te tua Parthenope Tiberi inuidet, est tibi plaudit  
 Roma, nec Alcaam mallet habere lyram.

AD ILLUSTRIS. D. THOMAM AVALI  
 MARCHIONIS PISCARIAE F.

Centio V.

- Æ. 11. **O** DECUS Italia, magna spes altera Roma Æ. 12.  
 Æ. 9. *Maeste noua virtute puer diuine poeta* Ec. 5.  
 Ec. 2. *Huc ades; inceptumq; una decurre laborem,* Ec. 2.  
 Æ. 9. *Nulla meis sine te quaretur gloria rebus:*  
 Æ. 3. *Nam te Parnassi deserta per ardua dulcis* G. 3.  
*Raptat amor; Phæbo gaudet Parnassia rupes,* Ec. 6.  
 Rr Ipse

- Æ.12. Ipse suas artes sua munera latus Apollo  
 Æ.5. Donat habere, quibus calo te laudibus æquem? Æ.11.  
 Ec.4. O mihi tam longè maneat pars ultima vite  
 Spiritus, ut liceat totum mihi ferre per orbem, Ec.8.  
 Sola sophocleo tua carmina digna cothurno:  
 Æ.9. Te vero, venerande puer, quo carmine dicam? G.2.  
 Æ.11. Dicam equidem, maior rerum mihi nascitur ordo, Æ.7.  
 Ec.4. Teq; adeo decus hoc aui, te maxima rerum Æ.7.  
 Roma colit, viridiq; aduelat tempora lauro Æ.5.  
 Ec.4. Ipsa tibi: nam te maioribus ire per altum Æ.3.  
 Auspicijs manifesta fides; in te ora Latini Æ.12.  
 In te oculos referunt: possit quid viuuda virtus Æ.11.  
 Experiare licet, iuuat indulgere, labori. Æ.2.  
 Æ.12. O prestans animi iuuenis, tu maximus ille es Æ.6.  
 Vnus, qui nobis virtutem extendere factis Æ.6.  
 Æ.9. Ante annos animumq; gerens curamq; virilem  
 Æ.1. Ausus, & angustus hunc addere rebus honorem: G.3.  
 Æ.1. Stat domus interior regali splendida luxu  
 G.2. Diues opum variarū, et aui numerantur auorum: G.4.  
 Æ.8. Quid nemorem? spolia illa tuis pendentia tectis. Æ.2.  
 G.4. Magnanimum Heroum, tot iam labentibus annis? Æ.2.  
 Æ.7. Quinetiam veterum effigies, decora alta parentum Æ.2.  
 G.4. Mores & studia, & sacris in postibus arma, Æ.7.  
 Æ.1. Fortia facta patrum, pugnatq; in ordine bella, Æ.7.  
 Æ.5. lamdidum fama totum vulgata per orbem: Æ.1.  
 Æ.6. Te quoq; magna manet, opera ad maiora remittet Æ.12.

Gra-

- Æ.5. Gratiores pulchro veniens in corpore virtus.  
 Ec.4. Aggredere o magnos (aderit iam tempus) honores  
 G.2. O decus o fama merito pars maxima nostra,  
 Ec.5. Fortunate puer; primam hanc tibi magnus Apollo Æ.9.  
 Concessit laudem, & magna inter premia ducet; Æ.11.  
 Æ.2. Vndiq; visendi studio Romana propago, Æ.6.  
 Æ.7. Attonitis inhians animis tua cernere facta Æ.8.  
 Assuescat, primis & te miretur ab annis;  
 G.3. Ergo omni studio, laudis succensus amore; Æ.7.  
 Ec.2. Nec te pœniteat repetentem exempla tuorum Æ.11.  
 Æ.6. Noctes atque dies, duros perferre labores; Æ.6.  
 Ec.9. Cantantes sublimè ferent ad athera Cygni  
 Æ.5. Tum genus omne tuū, genus alto à sanguine diuū: Æ.5.  
 Æ.7. Hinc Itala gentes, omnisq; Oenotria tellus,  
 Æ.8. Extremiq; hominum Morini, tunc vndiq; VASTI Æ.11.  
 Æ.7. Nomen in astra ferant, pueri innuptaq; puella G.4.  
 Æ.6. Matres atque viri, dulces ante omnia Musæ G.2.  
 Æ.10. Facta canent; pulsa referunt ad sydera VALLES Ec.7.  
 Æ.5. Vnde genus ducis: liceat tua dicere facta Ec.8.  
 G.2. Carminibus patrijs Tiberini ad fluminis vndam; Æ.10.  
 Ec.10. Siue mihi tardis, ingens ubi flexibus errat G.3.  
 Mincius, & tenera pratexit arundine ripas  
 Æ.10. Fatidica Miantus; si quid mea carmina possunt, Æ.9.  
 G.4. Dum memor ipse mei, dum spiritus hos reget artus,  
 Æ.1. Semper honos, nomenq; tuum laudesq; manebunt.

Rr 2 AD

AD IVLIVM ROSCIVM HORTINVM  
DE PROBA MVLIERE FALCONIA HORTINA.

## Cento V I.

- Æ.8. **V**ATIS fatidica latum celebremus honorem, Æ.5.  
 Æ.7. *Litus ad Ausonium:*  
 Æ.4. *Aduentum, auxiliūq; Dei, ritusq; sacrorum* Æ.12.  
 Æ.11. *Intemerata colit,*  
 Car- Æ.5. *Edocet imperium, & cari præcepta Parentis*  
 mini- G.1. *Carminibus Patrijs:*  
 b<sup>o</sup> Vir G.1. *Jam pridem nobis illa hac monumenta reliquit,* Æ.6.  
 gilia- G.1. *Pignora cara sui,*  
 nis ve- Ec.8. *IVLIVS à magno demissum nomen Iulo*  
 tus ac Æ.1. *Egregiusq; animi*  
 nouum Æ.11. *Ingemuit miserans grauitè: delapsa iacebant* Æ.6.  
 telta- Æ.6. *Per loca senta situ:*  
 menti Æ.7. *Tirrhenum ad Tibrim sub luminis edidit oras,*  
 descri- Æ.11. *Rettulit in melius:*  
 p<sup>o</sup>r. Æ.12. *Ipsè suas artes sua munera latus Apollo*  
 Æ.5. *Donat habere viro:*  
 Æ.12. *Scire potestates rerum cognoscere causas* G.2.  
 Æ.7. *Semine ab atherio:*  
 Æ.12. *O præstans animi iuuenis, quas dicere grates,* Æ.11.  
*Quasve referre parem?*  
 Æ.7. *Nursia & HORTINAE classes, populiq. Latini*  
 Æ.1. *Premia digna ferant:*

*Qua-*

- G.4. *Qualis populea marens philomela sub umbra,*  
 Æ.4. *Cum tacet omnis ager,*  
 G.4. *Amiffos queritur fœtus, per florea rura* Æ.1.  
 Æ.10. *Corde premit gemitus:*  
 Ec.5. *Tale tuum carmen nobis diuine poeta*  
 Æ.7. *Afiduo resonat:*  
 G.3. *Et mentem, subitaq. animum dulcedine mouit:* Æ.11.  
 Ec.4. *Tu decus omne tuis.*  
 G.1. *Scilicet & veniet lustris labentibus atas,* Æ.1.  
 Æ.11. *Hac mea magna fides,*  
 Ec.4. *Cum dura quercus sudabunt ROSCIDA mella*  
 G.4. *Rupe sub aëria,*  
 G.3. *Ergo omni cura susceptum perficè munus;* Æ.6.  
 Æ.4. *Eia age rumpe moras:*  
 Æ.2. *Quo res cumq. cadent, tantarum in munere laudū,* Æ.8.  
 Æ.4. *Dum memor ipse mei,*  
 Ec.5. *Hac tibi semper erunt semper celebrabere donis* Æ.8.  
*Semper honore meo.*

## IOSEPHVS CASTALIO

## AD IVLIVM CAPILVPVM.

**D**ELITIAE nostri Iuli cultissime sacli,  
 Cui caput, acre Lupi nomen, cui Mātua gētē  
 Clara dedit, mentemq. sui, numerosq. Maronis.  
 Parta tibi quamuis sit gloria summa per artes,  
 Quas Archimedes Siculis exercuit oris  
 Nobis

Nobilis, et placidis homines tibi moribus addas:  
 Te tamen ire iuvat, patruus vestigia pressit  
 Qua tuus Aonijs adspirans Lalius undis  
 Lalius aeterna redimitus tempora lauro.  
 Hinc tibi sublimi dicendos carmine sumis  
 Magnificos titulis Reges, et fortibus ausis.  
 Fallor, et hos aui nostri redituus honores  
 Virgilius potius diuinis versibus ornat.  
 An tibi Virgilij magno se pandit hiatus  
 Spiritus, Heroum sublimia facta canenti?

P. VIRGILIUS MARO  
 AD SERENISS. VINCENTIVM GONZAGAM  
 MANTVAE DVCEM.

## Cento VII.

- Æ. 11. **O** DECVS Italia merito pars maxima nostræ, G. 2.  
 Æ. 8. Flos veterū virtusq; virum, cui regia patet Æ. 7.  
 Æ. 11. Mantua diues auis, studijsq; asperrima belli; Æ. 1.  
 Æ. 12. O præstans animi luuenis: tu maximus ille es Æ. 6.  
 Vnus auis atavisq; potens; quem regia coniux Æ. 7.  
 Leono G. 3. Diues opum, et varijs FLORENTIA limina fertis Æ. 4.  
 ra M. Æ. 10. Prima tenet, miroq; incensum pectus amore, Æ. 3.  
 Ducis Æ. 10. Æ. 10. Prima tenet, miroq; incensum pectus amore, Æ. 3.  
 Etrur- Æ. 2. Assiduo paribus curis vestigia figit: Æ. 6.  
 niæ h. Æ. 1. Post aliquot varios hominumq; orbisq; labores Æ. 1.  
 lia. Æ. 6. Venisti tandem, virtutem extendere factis: Æ. 6.  
 Æ. 6. Sic equidem ducebam animo rebarq; futurum  
 Jam

- Æ. 2. Jam pridem; nam te voluit rex magnus Olympi Æ. 5.  
 Æ. 11. Mœnibus in patrijs exortem ducere honorem; Æ. 5.  
 Æ. 1. Institiaq; dedit, sceleratam excindere gentem; Æ. 9.  
 Æ. 1. Et genus inuisum, paci q; imponere morem; Æ. 6.  
 Parcere subiectis; Harpias pellerere regno; Æ. 3.  
 Æ. 2. Raptores atra in nebula, quos improba ventris Æ. 2.  
 Exegit cecos rabies, dant terga per agros Æ. 12.  
 G. 4. Te veniente: fuga glomerant montesq; relinquunt. Æ. 4.  
 G. 1. Non aliter timida dama, cerviq; fugaces G. 4.  
 Æ. 4. Transmittunt cursu campos; si forte morantes G. 4.  
 G. 4. Adspiciunt fulvum descendere monte leonem; Æ. 4.  
 Æ. 6. Sic demum dicunt AQUALA veniente columba Ec. 9. Inf-  
 Æ. 1. Tum celerare fugam, liquidumq; per aera lapsa: Æ. 6. gne do  
 Æ. 11. Fulminis in morem aut tormenti ponderis acti muso  
 Precipitat, pœnasq; inimico ex sanguine sumit; Æ. 11. zag.  
 Æ. 1. Plurima perq; vias sternuntur inertia passim Æ. 5.  
 Corpora per que domos, capos iubet esse patentes:  
 Æ. 8. Abstractaq; boues abiurataq; rapina Æ. 1.  
 Calo ostenduntur: qua te tam læta tulerunt  
 Secula? qui tanti talem genuere parentes?  
 Æ. 11. Hac adeo ex illo mihi iam speranda fuerunt Æ. 11.  
 Tempore; cum iam tum tenera puerilia torset Æ. 12.  
 Tela manu: magnorū haud umquā indignus auorū: Æ. 12.  
 Æ. 8. Iungantur iam gryphes equis; timor omnis abesto, Æ. 11.  
 Ec. 8. Cum canibus timida veniant ad pocula dama; Æ. 11.  
 Ec. 5. Non lupus insidias pecori, nec ferrea iura G. 2.  
 Vlla

- Ulla dolum meditantur: amat iam fedus, et omnes* Æ.12.
- Æ.1. *Sceptra tenens, mollitq. animos, & temperat iras:*
- G.2. *Hinc omnis largo pubescit vinea fœtus;*
- G.1. *Nam neque tum squallent abductis arua colonis;* G.1.
- G.2. *Fundit humo facilem victum iustissima tellus*
- Ec.10 *Interea, nullo tantum se Masia cultu* G.1.
- Iactat, & ipsa suas miratur Gargara messes:*
- G.2. *Nec requies quin aut pomis exuberet annus,*
- G.2. *Prouentusq. oneret sulcos, atque horrea vincat:*
- Æ.5. *Muneribus cumulat magnis, populumq. patresque,* Æ.4.
- G.2. *Sustinet, ac fessos opibus solatur amicis:* Æ.5.
- Æ.1. *Hic pietatis honos, grates persolvere dignas* Æ.1.
- Non opis est nostra: sat erit tua dicere facta* Ec.4.
- Æ.12. *Nota mihi: meriti tanti non immemor umquam* Æ.9.
- Ec.9. *Mantua: nos quocumq. modo hæc tibi nostra vicissim* Ec.5.
- Dicemus; qui nunc lati consedimus aruis;* Æ.12.
- Æ.3. *Idem venturos tollemus in astra nepotes,*
- Imperiumq. urbi dabimus; paremus ouantes.* Æ.3.
- Ec.4. *Aggredere ò magnos (aderit iam tempus) honores;*
- Æ.9. *Spondeo digna tuis ingentibus omnia ceptis;*
- Æ.4. *Rumpe moras, qua prima viam Victoria pandit* Æ.12.
- G.1. *Ingredere: aspirat primo fortuna labori:* Æ.12.
- Æ.1. *Perge modo: nam te maioribus ire per altum* Æ.3.
- Auspicijs manifesta fides; pacataq. venti* Æ.3.
- Dat maria, et lenis crepitās vocat AVSTER in altis:*
- Æ.6. *Adspice Torquatum, Marios, magnosq. Camillos,* G.2.
- Ma-*

cogno  
me Re  
gis Hi  
spanie

- G.4. *Magnanimosq. duces, geminos duo fulmina belli* Æ.6.
- Scipiadas cladem Lybia; destramq. potentem,* Æ.7.
- G.3. *Cæsaris, & nomen fama tot ferre per annos:*
- Æ.6. *Te quoq. magna manent, fas extera querere regna,* Æ.4.
- Æ.8. *Ignotas tentare vias: sed facta PARENTIS* Æ.4.
- Profuerit meminisse magis, via facta per hostes,* Æ.9.
- Æ.6. *Adspice ut insignis tela inter martia quantum* Ec.9.
- Æ.6. *Insurgit; victorq. viros supereminet omnes?* Æ.6.
- Æ.7. *Europa atque Asia primas sibi poscat honores?* Æ.11.
- Æ.8. *Vt bello egregias idem disiecerit vrbes?*
- Æ.7. *Agmina agens equitum fulgentes are cateruas* Æ.8.
- Æ.12. *Territat, inualidas ut aues Iouis ales in aethra:* Æ.12.
- G.2. *Tale dabat specimē* QUARTVS PATER, et tua larga Æ.10. Fran-
- Sape manus multis oneravit limina donis;* cificus
- G.1. *Magna virum meritis sustentat fama trophæis.* Æ.11. Gon-
- G.3. *Ergo omni studio laudis succensus amore,* Æ.7. zaga
- Ec.2. *Nec te paniteat, repetentem exempla tuorum,* Æ.12. Man-
- Æ.6. *Noctes atque dies duros perferre labores* Æ.6. tuz 4.
- Ec.2. *Sole sub ardenti, gelidq. sub atheris axe:* Æ.8.
- Æ.8. *Quid memorem spolia illa tuis pendentia tectis?* Æ.5.
- Æ.2. *Plurima rapta manu diuerso ex hoste trophæa?* G.3.
- Æ.1. *Fortia facta patrum? pugnataq. in ordine bella?* Æ.8.
- Æ.1. *Bellaq. iam totum fama vulgata per orbem?*
- Æ.6. *Id decus, i nostrum, seuo te credere Marti* Æ.11.
- Æ.11. *Aude, atque aduersum fidens fer pectus in hostem:*
- Æ.6. *At Pater omnipotens animos viresq. secundas* Æ.1.
- S f Suffi-*

		<i>Sufficit ipse sua molitur laude laborem:</i>	Æ.4.
Sym-	Æ.2.	<i>Intemerata FIDES summo qua in vertice Montis</i>	Æ.11.
bolun	Æ.8.	<i>In sedit, requiem pugna rebusq; salutem</i>	Æ.12.
domus	Æ.5.	<i>Ostendet, cursusq; dabit venerata secundos.</i>	Æ.3.
gonza	Æ.10.	<i>Cernis ut insultat septem subiecta Trioni</i>	G.3.
ge.		<i>Gens effrena virum stigijs emissa tenebris?</i>	G.3.
	Æ.7.	<i>At Rex sollicitus Reginam ambire furentem,</i>	Æ.4.
Regis	Ec.1.	<i>Et penitus toto diuisos orbe Britannos,</i>	
Hispa	Æ.7.	<i>Rex genus egregium, ferrugine clarus IBERA</i>	Æ.9.
niq; nel	G.1.	<i>Imperat armari classem cursumq; parari:</i>	Æ.4.
li appa	Æ.2.	<i>Exarsere ignes animo, subit ira PHILIPPI.</i>	G.1.
ratus	Æ.2.	<i>Vlcisci patriam, &amp; sceleratas sumere pœnas:</i>	
aduer-	Æ.10.	<i>Obuius ire parat, mens omnibus una sequendi,</i>	Æ.10.
sus Re	Æ.7.	<i>Idem omnes simul ardor agit: dare clasibus</i>	Æ.3.
ginam		(AVSTROS	
An-	Æ.11.	<i>Imperat, &amp; ventis intendere vela secundis;</i>	Æ.3.
glia.	Æ.2.	<i>Imperio lati parent: pulcherrima bello</i>	Æ.7.
	Æ.6.	<i>Litus in Hesperium iuuenū manus emicat ardens,</i>	
	Æ.11.	<i>Exultatq; animis, &amp; spe iam percipit hostem:</i>	
	Æ.12.	<i>Ecce autem incedit medijs per maxima Nerei</i>	Æ.10.
		<i>Stagna viam scindens: fertur cita gurgite classis</i>	Æ.5.
	Æ.6.	<i>Insuetum per iter, gelidasq; enavit ad Arctos;</i>	Æ.6.
	Æ.10.	<i>Sub qua mille manus iuuenum: mirantur &amp; vnda</i>	Æ.8.
	Æ.2.	<i>Incumbunt pelago, pariterq; ad litora tendunt:</i>	
	Æ.2.	<i>Fit sonitus spumante salo, quo pontus &amp; omnes</i>	Æ.3.
		<i>Intremuere vnda: penitusq; exterrita tellus</i>	
		<i>Insu-</i>	

Æ.1.	<i>Insula diues opum, numquam viduata pruinis.</i>	G.4.
Æ.4.	<i>At Regina graui nequicquam fluctuat aestu</i>	Æ.12.
	<i>Diuersaq; vocant animum in contraria cura:</i>	
Æ.12.	<i>Quos generos vocet? aut qua sese, ad federa flectat?</i>	
Æ.3.	<i>Cognatasq; vrbes? inimica in gente moratur:</i>	Æ.4.
Æ.2.	<i>Apparent dira faciès; belloq; frementes;</i>	Æ.4.
Æ.4.	<i>Heu quid agat contra? mortem praesensq; minatur</i>	Æ.12.
	<i>Exitium; vlticesq; sedent in limine Diræ:</i>	Æ.4.
Æ.4.	<i>Sauit inops animi, iam dudum inuadere magnum</i>	Æ.9.
Æ.9.	<i>Mens agitat; causas tanti sciat illa furoris;</i>	Æ.5.
Æ.5.	<i>Quam nec longa dies pietas nec mitigat vlla:</i>	
Æ.10.	<i>OPater ò hominum diuumq; aeterna potestas</i>	
Æ.8.	<i>Adsis ò, tandemq; luant peccata, neque illos</i>	Æ.10.
Æ.11.	<i>Iuueris auxilio; pariter dent sanguine pœnas,</i>	Æ.11.
Æ.6.	<i>Ausi omnes immane nefas ausoq; potiti:</i>	
Æ.4.	<i>Hesperidum toties sudarit sanguine litus?</i>	Æ.2.
Æ.2.	<i>Scilicet hæc tantas strages impune per orbem</i>	Æ.2.
	<i>Ediderit? partoq; ibit Regina triumpho?</i>	Æ.2.
Æ.1.	<i>Non ita: sacrilego pendetis sanguine pœnas:</i>	Æ.7.
Æ.5.	<i>In regnis hoc ausa tuis, populare penates;</i>	Æ.1.
G.2.	<i>Quinetiam raptas ad litora vertere prædas:</i>	Æ.1.
Æ.10.	<i>Quid repetam infandas cades quid facta tyranni?</i>	Æ.8.
Æ.12.	<i>Ventum ad supremum est: patria cõmunis Erinnyes</i>	Æ.2.
Æ.11.	<i>Morte luat merita: sic sic iuuat ire sub umbras:</i>	Æ.4.
Æ.8.	<i>Illam inter cades pallentem morte futura</i>	
Æ.2.	<i>Iam iam sanguineo sequitur Bellona flagello.</i>	Æ.9.

- Æ.7. *Rex genus egregium, quo non præstantior alter,* Æ.8.  
 Æ.1. *Nec pietate fuit, nec bello maior & armis,*  
 Ducē Æ.1. *Insignem PARMAMQ. ferens hastamq. trementem,* Æ.2.  
 Par- Æ.1. *Ductoresq. ipsos primum capita alta ferentes*  
 maz. Æ.1. *Contundet, moresq. viris, & mœnia ponet;*  
 Æ.12. *Non secus ac altè raptum cum fulua DRACONEM* Æ.11.  
*Fert AQUILA implicuit pedibusq. euiscerat uncis.* Æ.11.  
 Æ.9. *Atque ea diuersa penitus dum parte geruntur,*  
 G.3. *Rumpe moras omnes, atque hæc exempla secutus*  
 Æ.6. *Carpe viam, pelagoq. volans da vela patenti,* G.2.  
 Æ.8. *Arduus agmen agens, & turbata arripe castra.* Æ.9.  
 Turca Æ.3. *Treicio Regi: ferro rumpenda per hostes* Æ.10.  
 rû Re *Est via, qua medijs dubius Mars errat in armis,* G.2.  
 gi. G.4. *Quaq. Pharetrata vicinia PERSIDIS urget:*  
 Æ.7. *Sive Getis inferre manum, seu tendere ad Indos* Æ.7.  
*Auroramq. sequi, Partbosq. reposcere signa,*  
 Ec.8. *Dux ego vester ero, nouit namq. omnia vates:* G.2.  
 Ec.9. *Nam tibi ego ingentes populos opulentaq. regnis* Æ.8.  
*Iungere castra paro: quâ tum noua gloria in armis* Æ.11.  
 Æ.4. *Mox sese attollet, magnum qua sparsa per orbem* Æ.1.  
 Æ.6. *Imperium terris animos aquabit Olympo.*  
 Æ.8. *Quare agite ò iuuenes animis assuescite bella,* Æ.6.  
 Æ.11. *Signaq. ferre iuuet, sonitusq. audire tubarum,* Æ.7.  
 Æ.2. *Et glomerare manum bello terraq. marique;* Æ.10.  
 Æ.6. *VINCET amor patria, et veterum monumeta virorum:* Æ.3.  
 Æ.9. *Hanc sine me spem ferre tuis sine tempora circum* Æ.8.

Inter

- Inter vitrices ederam tibi serpere lauros:*  
 Æ.9. *Hæc tibi polliceor reduci, rebusq. secundis,*  
 Æ.1. *Egregiam vero laudem, & spolia ampla referto*  
 Æ.8. *Victor ab Aurora populis & litore Teucro:* Æ.1.  
 Æ.2. *Regnatorem Asia genus insuperabile bello* Æ.4. Regē  
 Æ.1. *Contundes, nulli veterum virtute secundus;* Æ.11. Turca  
 rum.  
 Æ.6. *Ipse triumphato Capitolia ad alta tyranno* Æ.12.  
 Æ.6. *Victor ages currus spolijs Orientis onustus,* Æ.1.  
 Æ.5. *Tu genus omne tuum super & Garamathas et Indos* Æ.6.  
*Proferet imperium: GEMINIQ. sub ubere NATI,* Æ.5.  
 Æ.3. *Et nati natorum, & qui nascentur ab illis,*  
 Ec.4. *Pacatumq. regent patrijs virtutibus orbem.*  
 Ec.4. *Te duce Idumeas referam tibi Mantua palmas,* G.3.  
 Ec.5. *Hæc tibi semper erunt, & cum Tiberina fluenta* Æ.12.  
 Æ.6. *Incolimus Nymphis, & cum lustrabimus agros* Ec.5.  
 Æ.10. *Fatidica Mantus, cecinit qua prima futuros* Æ.8.  
 Æ.10. *Euentus belli varios, tuaq. optima facta:* Æ.16.  
 Æ.8. *As vos, egregias animas qua sanguine nobis* Æ.11.  
*Hanc patriam peperere suo, celebrate fauentes:* Æ.8.  
 G.3. *Interea ardentem accingar dicere pugnas* G.3.  
 Æ.9. *Ipse tibi, sacra redimitus tempora lauro,* G.3.  
 Æ.7. *Tirrhenum ad Tibrim & fontes: ubi concava pulsu* G.4.  
*Saxa sonant, vocisq. offensa resultat imago.*



ECLQ-

IVLII CAPILVPI  
E C L O G A  
AD IOSEPHVM CASTALIONEM  
ANCONITANVM POETAM  
M E L I B Æ V S, T I T Y R V S,

## Cento VIII.

Sub persona Tityri laudes Illustrissimi Thomæ  
Auali celebrantur.

- Ec.1. **M**. Tityre tu patula, folijs ornatus oliua, G.3.  
G.3. CASTALIAM molli musã meditaris auena Ec.1.  
Viam Æ.10. POPVLEAS inter frondes; ubi Lydius arua Ec.3.  
Popu- Inter opima virum, leni fuit agmine Tibris,  
li. Æ.12. Vtere sorte tua, magno dilectus amore Æ.1.  
Adlu- Ec.1. Formosam resonare doces Amaryllida VALLES. Ec.7.  
dit ad Æ.11. Hic amor hoc studium longum ne linque laborem. Æ.3.  
cogno- men. Ec.1. T. Huc ades, ò Melibæ, trahit sua quæq; voluptas, Ec.2.  
Ec.10. Omnia vincit amor, & nos cedamus amori,  
G.3. Dulcibus illa quidem illecebris me cepit amantem; G.4.  
Æ.4. Namq. fatebor enim, hac animis hac pectore toto Æ.1.  
Hæret, & interdum cantu solata laborem, G.1.  
Æ.6. Noctes atque dies, merentia pectora mulcet. Æ.1.  
Æ.6. Incenditq. animum fama venientis amore:  
Ec.5. Montibus in nostris, nec Phœbo gratior ulla est; Ec.6.  
Æ.12. Ipse suas artes, sua munera donat habere: Æ.5.  
Æ.1. Iamq. licet tristes animo deponere curas, G.4.  
Ec.1. Postquam nos Amaryllis habet, mea sola voluptas; Æ.3.  
Ec.1. O Melibæ Deus nobis hac otia fecit,

Inci-

- Ec.9. Incipe si quid habes, & me facere poetam  
Pierides: sunt & mihi carmina, baccare frontem. Ec.7.  
Gingite, ne vati noceat mala lingua futuro:  
Ec.2. Nec te pœniteat calamo triuisse labellum.  
Ec.2. Mecum vna in syluis imitabere Pana canendo.  
Ec.5. M. Tale tuum nobis Romana per oppida carmen, G.2.  
Ec.7. Quale sopor fessis in gramine, Tityrus Orpheus, Ec.8.  
Orpheus in syluis, inter delphinas Arion.  
Ec.3. Quin age si quid habes, respondent omnia syluis, Ec.16.  
G.2. Complentur VALLESQVE caua, saltusq. profundi:  
Ec.3. Incipe quandoquidem molli consedimus herba,  
Æ.4. Perge, sequar tunc, sic & amant alterna Camœna. Ec.3.  
Ec.10. T. Hic gelidi fontes, hic prata recentia riuis, Æ.6.  
G.2. Hic ver a siduum, atque alienis mensibus estas,  
Ec.7. Omnia nunc rident, pinguiq; in gramine lati, G.2.  
Iter se aduersi luctantur cornibus hadi.  
G.2. M. Parturit almus ager, Lephyriq. tepetibus auris  
Laxant arua sinus, foetu nemus omne grauescit, G.2.  
G.1. Non umbra altorum memorum, non mollia possunt  
Prata mouere animum istantem pectore curas. Æ.1.  
Ec.8. T. Fer cineres Amarylli foras, rimoq. fluenti  
Transq. caput iace, ne respexeris ipsa, bonum sit; Ec.8.  
Æ.1. Omnia tuta vides, atque hanc sine tempora circum Ec.8.  
Inter victrices hederam tibi serpere lauros.  
Æ.3. M. O mihi sola mei saui monumenta doloris Æ.12.  
Ec.9. Huc ades ò Galatea: quis est nam ludus in vndis?

Tost-

- G. 3. *Postquam exhausta palus, terraq. ardore dehiscunt*  
 Ec. 2. *Nil nostri miserere, nihil mea carmina curas.* Ec. 2.  
 Ec. 3. *T. Iam pridem Stimicon laudavit carmina nobis,*  
 Ec. 8. *Carminibus Circe socios mutavit V lissei,*  
 Æ. 4. *En age rûpe moras, nihil hic nisi carmina desunt,* Ec. 8.  
 Ec. 7. *Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis,*  
 Ec. 9. *M. Causando nostros in longum ducis amores,*  
 G. 1. *Heu male apud memores veteris stat gratia facti,* Æ. 4.  
 Ec. 1. *Sape malum hoc nobis pradixit ab ilice cornix,*  
 G. 2. *Felix qui potuit rerum cognoscere causas:*  
 Ec. 8. *T. Necte tribus nodis ternos Amarylli colores,*  
 Ec. 4. *Tu decus omne tuis, ostroq. insignis & auro,* Æ. 4.  
 Æ. 6. *Sic demum ad cantus incensa altaria circum,* Æ. 8.  
 Ec. 7. *Puniceo stabis suras evincta cothurno.*  
 Ec. 7. *M. Nerine Galathea, thymo mihi dulcior Hiblo,*  
 Ec. 9. *Incipe & angustis hunc addere rebus honorem:* G. 3.  
 Ec. 2. *Despectus tibi sum, nec quis sim. quaris; amores* G. 4.  
 Æ. 4. *Spreuisti: quoniam sordent tibi munera nostra.* Ec. 2.  
 Ec. 3. *T. Aurea mala decem nisi, cras altera mittam,*  
 Ec. 2. *Castaneasq. nuces mea quas Amaryllis amabat;*  
 Ec. 8. *Pignora cara fui, siluestri ex arbore lecta.* Ec. 3.  
 Ec. 3. *M. Parta mea, Veneri sunt munera: floribus austrû* Ec. 2.  
*Perditus & liquidis immisi fontibus apros,*  
 Ec. 10. *Nec Cythiso saturantur apes, nec fronde capella.*  
 Æ. 11. *T. Cara mihi ante alias, illi mea carmina cura* Ec. 3.  
 Æ. 11. *Et Cythare cordi: quid non speramus amantes?* Ec. 8.

M. Et

- Ec. 3. *M. Et me Phœbus amat, nouit namq. omnia vates:* G. 4.  
 Ec. 8. *Credimus an qui amant ipsi sibi somnia fingunt?*  
 G. 2. *T. Hinc omnis largo pubescit vinea fœtu:*  
 G. 1. *Frumenta in viridi stipula lactentia turgent:*  
 G. 2. *Durus uterq. labor: laudato Masfca Bacchi* G. 3.  
*Munera: non redit agricolis labor actus in orbem?* G. 1. Illoc  
trih.  
d. Tho  
me no  
men.  
 Ec. 5. *M. Ipsa Pales agros, atque ipse reliquit Apollo,*  
 G. 1. *Infelix lolium, & steriles dominantur auena:*  
 G. 2. *Heu magnum alterius frustra spectabis aceruum;*  
 Ec. 8. *Vt vidi, ut perij, ut me malus abstulit error.*  
 Ec. 8. *T. Mala ferat quercus, ferat et rubus asper amonû;* Ec. 3.  
 Ec. 8. *Pingua corticibus sudent electra mirica,*  
 Ec. 4. *Sponte sua sandix pascentes vestiet agnos:*  
 Ec. 1. *Postquam nos Amaryllis habet, lumenq. iuuenta:* Æ. 1.  
 Ec. 1. *M. Protinus ager ago, macer est mihi taurus in aruo,* Ec. 3.  
 Ec. 1. *Ite mea quondam felix pecus, ite capella:*  
 Ec. 9. *Nunc victi tristes, salices carpetis amaras;* Ec. 1.  
 Ec. 1. *Carmina nulla canam, iam desine tibia versus.* Ec. 8.  
 Ec. 4. *T. Casta faue LVCINA tuus iam regnat Apollo;*  
 Æ. 11. *LAURENTI Diuo, tantarum in munere laudum.* Æ. 8.  
 Æ. 4. *Sole recens orto, iussos adolemus honores;* Æ. 3.  
 Æ. 9. *M. Spondeo digna tuis ingentibus omnia cœptis*  
 Ec. 5. *Fortunate puer, nobis diuine Poeta,* Ec. 5.  
 Ec. 5. *Montibus in nostris solus tibi certet Amyntas:*  
 Æ. 6. *Tu ne cede malis, sed contra audentior ito,*  
 Æ. 1. *Qua regio in terris nostri non plena laboris?*

T t Perge

- Æ.1. *Perge modo, & qua te via ducit dirige gressus.*  
 G.3. *Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus,*  
 Ec.3. *Sensibus hac imis res est non parua, reponas:*  
 Ec.1. *Inserere Melibæe pyros, pone ordine vites*  
 Ec.3. *Tityre coge pecus, noctes umbrantur opaca* Æ.3.  
 Ec.1. *Hic tamen hæc tecum poteris requiescere noctem.*  
 Æ.8. *Haud procul hinc gemino demittunt brachia muro,* Æ.3.  
 TURRES SÛT IFIGNIA DOMUS AVALE. ADES PORTU GALLIUM XTA S. LAURENTIUM IZUCINA IN QUIBUS HABITAT ILL. D. THOMAS.  
 Æ.8. *Insula ab Eoo fluctu curvatur in ARCUM,* Æ.4.  
 Æ.12. *LAVRENTI attollit se Diva LACINIA contra* Æ.3.  
 Æ.6. *Accipiet fessos tuto placidissima PORTUM* Æ.3.  
 Ec.10 *GALLO, cuius amor tantum se tollit in auras;* Æ.2.  
 Ec.1. *Quantum lenta solent inter viburna cupressi.*

ÆGLE VNA EX NYMPHIS S. CASSIANI.

AD SERENISSIMUM FERDINANDUM

MEDICEM CARD. AMPLISS.

AC M. ETRVRIÆ DVCEM.

Centio IX.

- Æ.11. **O** *Decus Italia: magnâ cui mentem animumq;* Æ.6.  
 Æ.5. *Donat habere hominû Divûq; æterna potestas:* Æ.10.  
 Æ.11. *Cuius ob auspiciû celsis caput urbibus exit* Æ.8.  
 Æ.1. *Urbs bello præclara, iugis insedit Etruscis;* Æ.8.  
 Æ.10. *Ipse caput populis, antiqua ab origine gentis:* Æ.1.  
 Æ.8. *Hanc multos FLORENTEM annos ditio tenebat* Æ.7.  
 G.1. *Ipse Pater; legesq; viris, operumq; labores* Æ.1.

Par-

- Partibus aquabat iustis: iustissimus vnus* Æ.2.  
 Æ.10. *Qui fuit Ausonidum, fama super æthera notus:* Æ.1.  
 Æ.6. *Te quoq; magna manent, pariter pietate vel armis* Æ.6.  
 Æ.6. *Egregium; meritaq; expectant præmia palma.* Æ.5.  
 Æ.7. *Ipsa inter medias Nympharum sanguinis vna,* Æ.1.  
 Ec.6. *Ægle Naiadum pulcherrima (sunt mihi cura* Æ.12.  
 Æ.3. *Diviniq; lacus dulcesq; a fontibus vnda,* G.2.  
 G.1. *Munera concessa Divum mortalibus agris)* Æ.10.  
 Æ.1. *Ad te confugio supplex, succurre relicta:* Æ.9.  
 Æ.6. *Adspice ut insignis tantarum gloria rerum* Æ.4.  
 Æ.6. *Imminet assimilis iam iam lapsura cadenti:*  
 G.3. *Rupe sub æria vasta convulsa ruina* Æ.3.  
 Æ.8. *Stat domus, & fontes, & stagna virentia musco:* G.4.  
 Æ.2. *Hinc mentem patria subiit pietatis imago,* Æ.10.  
 Ec.2. *Præterea & duris vrgens in rebus egestas:* G.1.  
 Æ.12. *Tu requies misera, spes & solatia nostri* Æ.8.  
 Æ.12. *Te penes: in te omnis domus inclinata recumbit;* Æ.9.  
 Æ.4. *Eia age rumpe moras; nostro succurre labori:* Æ.6.  
 Æ.1. *Hic pietatis honos, quo non præstantior alter,* Æ.12.  
 G.3. *Dum MEDICAS adhibere manus, rebusq; salutem* Æ.11. Cognome M. Ducis:  
 Æ.1. *Teq; tuosq; iuvat: murorum attollere moles,* Æ.6.  
 G.2. *Auxilioq; lenare viros, vimq; addere egenis* G.3.  
 Æ.7. *Tu potes, angustiis hunc addere rebus honorem;* Æ.6.  
 Ec.2. *Et facies: quoniam virtutem extendere factis* Æ.6.  
 Æ.7. *Cura tibi: insano iuvat indulgere labori:* Æ.9.  
 Æ.12. *Sunt tibi regna Patris; fulgenti MVRICE vestes,* Æ.9.

T t 2 Calati

- Æ.10. Calati argenti, sunt auri pondera facti,  
 Æ.1. Artificumq; manus: non partum gratia talem Æ.9.  
 Parua manet meriti tanti non immemor unquam Æ.9.  
 Æ.1. Europa atque Asia: est insignis gloria facti. Æ.12.  
 Æ.7. Diversi explorant hac fontis stagna salubris, Æ.12.  
 Ec.2. Huc Italia gentes omnisq; Oenotria tellus,  
 Æ.8. Extremiq; hominum Morini, Rhenusq; bicornis,  
 Æ.9. Vndiq; conueniunt, ingens concursus ad ipsa, Æ.9.  
 Æ.6. Pars calidos latice (pallentes discutit umbras G.3.  
 Æ.12. Vt primum nobis Aurora, diemq; reducit) G.1.  
 Ec.7. Huc ipsi potum veniunt, sub sidere cancri: Ec.10  
 G.2. Sollicitant alij, morbo illuuiq; peresa G.2.  
 G.3. Corpora precipue fluuio mersare salubri, G.1.  
 G.1. Vnde caua tepido sudant humore lacuna;  
 G.4. Omnis in hac certam regio iacit arte salutem: Æ.8.  
 Æ.12. Inficit occultè medicans: notusq; medullas Æ.8.  
 Æ.4. Ingreditur calor, & labefacta per ossa cucurrit; Æ.8.  
 G.1. Excoquitur vitium, atque exudat inutilis humor:  
 Æ.6. Corporea excedunt pestes, mirabile visu, Æ.12.  
 Æ.5. Multi praterea, quos fama & causa malorum Æ.11.  
 Æ.4. Extrema; hac voluit demum consistere terra Æ.1.  
 Æ.8. Præstantes virtute viros tot casibus actos; Æ.1.  
 G.3. Non miseri possunt duos perferre labores, Æ.7.  
 G.3. Atque opere in medio, quæ ritè incepta pararunt Æ.4.  
 Æ.2. Deseruere omnes defessi: incommoda nostra Æ.8.  
 Æ.6. Causa mali tanti: quæq; ipsa miserrima vidis, Æ.2.

Et

- Et quorum pars magna fui: res adspice nostras, Æ.1.  
 G.4. Contusosq; animos & res miserabere fractas:  
 Æ.12. Conspectu in medio procerum miserabile vulgus Æ.2.  
 Æ.11. Parte alia (horrendum visu) simul agmine denso Æ.12.  
 Æ.10. Confidunt, corpusq; lauant frigentis & unguunt, Æ.6.  
 Æ.6. Informi limo: quæ ue hunc tam barbara morem Æ.1.  
 Permittit patria hospitio? miserere laborum Æ.11.  
 Tantorum: ne noster honos infracta ue cedat Æ.7.  
 Fama loco: rebusq; veni non asper egenis: Æ.8.  
 Æ.12. Nos indigna pati cuncti se scire fatentur. Æ.11.  
 Æ.10. Per te, per quite talem genuere parentes  
 Æ.11. Adspice nos hoc tantum, & si pietate meremur  
 Æ.2. Da deinde auxilium: non vita gaudia quero; Æ.11.  
 Æ.17. Sed nostrum latè Latio increbrescere nomen Æ.8.  
 Ec.4. Te DVCE; & afflictis melius confidere rebus; Æ.1.  
 Ec.1. Namq; (fatebor enim) penuria adegit edendi Æ.7.  
 Æ.12. Nulla viam: facilem victum iustissima tellus G.2.  
 Fundit humo: apricis coquitur vindemia saxis G.2.  
 Æ.8. Dona laborata Cereris Bacchumq; ministrat,  
 Æ.4. Quæq; lacus latè liquidos quæq; aspera CLVSI Æ.10. Fôtes  
 Æ.4. Rura tenent, primo cum sidere frigida rura: G.3. Clusi-  
 G.1. Hic læta pecudes, & pressi copia lactis, Ec.1. tio vò  
 Æ.7. Assueta ripis volucres, hædiq; petulci, G.4. catur  
 Æ.8. Nobis magna satis, quamuis lapis omnia nudus: Ec.1. dū opi-  
 Æ.3. Vade age & ingetem factis fer ad athera famam; G.4. nionè  
 Æ.6. Nam tua finitimi longè latèq; per vrbes Æ.10. An-  
 dreæ  
 Shia-  
 uetti.

Facta

- Æ.3. *Facta canent: varijs FLORENTIA limina sertis* Æ.4.  
 Æ.4. *Intendit; fremituq; virum studijsq; fauentum* Æ.5.  
 Æ.9. *Nuntia fama ruet; sublimem gloria tollet;* Æ.10.  
 Ec.6. *Te nemus omne canet, ripa, collesq; supini,* G.3.  
 Æ.4. *Oceani finem iuxta Solem; cadentem.*

## ORATIO AD DEVM.

## Cento X.

- Æ.5. **S**ALVE sancte Parens, summi Regnator Olympi, Æ.2.  
 Æ.2. *Quem primi colimus, Calo Ereboq; potentem;* Æ.6.  
 Æ.1. *Semper honos nomenq; tuum; tua magna voluntas,* Æ.12.  
 Æ.1. *Imperium sine fine tuum, laudesq; manebunt:* Æ.1.  
 Æ.8. *Dona laborata Cereris noctesq; diesque* Æ.6.  
 Æ.2. *Da deinde, auxilioq; leues quacumq; labori* Æ.1.  
 Æ.2. *Debita erant nostros; iam fas est parcere genti;* Æ.6.  
 Æ.1. *Nos tua progenies, atque hac exempla secutus,* G.4.  
 Æ.3. *Atque idem casus, miseris succurrere disco:* Æ.1.  
 G.1. *Nec segnem patiere animum tentare precando;* Æ.4.  
 Æ.6. *Eripe me his iniecte malis, hac omnia firma.* Æ.2.

AD ILLUSTRIS. AC REVEREND.

IVLIVMANTONIVM SANCTORIVM  
CARDINALEM AMPLISS.IN DIE FESTO SANCTI MICHAELIS ARCHANGELI  
Christi ad Patrem Orantis consolatoris.

## Cento XI.

- Mon- Æ.6. **M**ONTE sub aërio, qui tot labentibus annis, Æ.2.  
 te oli- G.2. *Palladia gaudens sylvæ vivacis OLIVA,*  
 ueto. G.2. *Arbo-*

- Æ.12. *Arboris ex ipsa deducit origine nomen.* G.3.  
 Ec.4. *Ipse ad conspectum cari Genitoris es ora,* Æ.6.  
 Æ.5. *Quem genuit calum es terras qui numine torquet,* Æ.4.  
*Ad calum tendens ardentia lumina, supplex* G.4.  
 Æ.3. *Talia fundebat: si quis modus eripe morti* Æ.12.  
 Æ.2. *Care Pater: miserere animi non digna ferentis:* Æ.11.  
 Æ.1. *Vadimus haud dubiâ in mortem, scio acerba meorû* Æ.10.  
*Circumstare odia, aut odium crudele tyranni:* Æ.6.  
 Æ.11. *Quod si nulla mouet tanta pietatis imago,* Æ.6.  
 Æ.2. *Et sedet hoc animo, patet isti ianua letho;* Æ.2.  
 Æ.9. *Quando aliter nequeo gentem effugisse nefandam* Æ.3.  
 Æ.9. *Te precor hæc animâ serues: stat quicquid acerbi est* Æ.12.  
*Morte parti, quia nota mihi tua magna voluntas.* Æ.12.  
 Æ.5. *Nunc quoq; mens eadem perstat mihi, pelle timorè,*  
 Æ.2. *Venit summa dies es vis inimica propinquat.*  
 Æ.4. *Talibus orabat dictis certissima proles* Æ.6.  
 Æ.3. *Calicolum Regi, premit altum corde dolorem,* Æ.1.  
 Ec.10 *Tristis ubique pavor, es plurima mortis imago* Æ.2.  
 Æ.4. *Terrificant animos, saevi monumenta doloris* Æ.12.  
 Æ.12. *Sanguineus toto manabat corpore sudor;* Æ.3.  
 Æ.7. *Sanguine terra madet, calo miseratus ab alto est* Æ.5.  
 Æ.3. *Tum Genitor (neq; enim patrius consistere mentem* Æ.1.  
*Passus amor, magno persensit pectore curas,* Æ.4.  
 Æ.4. *Ergo his Aligerum dictis affatur Olympi,* Æ.7.  
 Æ.3. *Vade ait, ò felix Nati succurre labori,* Æ.6.  
 G.1. *Ecce inimicus atrox mens efferæ, ne quid inausum* Æ.8.  
 Aut

- Aut intentatum scelerisve dolive fuisset,*  
 Æ.4. *Atq. animum nunc huc celerem nunc diuidit illuc,*  
*In partesq. rapit varias, noua pectore versat* Æ.1.  
*Consilia, & varijs assultibus irritus urget,* Æ.5.  
 Æ.7. *Mille nocendi artes tristi cum corde volutat:* Æ.6.  
 G.3. *Inuidia infelix, regnandi dira cupido* G.1.  
 G.4. *Hæc omnis morbi causa, hinc exercuit iras* G.3.  
 Æ.1. *Genus inimica mihi, calumq. exterrita fugit:* G.3.  
 Æ.6. *Ausi omnes immane nefas: detrudere regnis* Æ.6.  
 G.1. *Auctorem frugum, tempestatumq. potentem*  
 Æ.2. *Numina magna Dei.*  
 Æ.1. *Heu stirpem inuisam, nostras euadere demens* Æ.9.  
*Sperasti te posse manus? dominumq. potentem?* Æ.6.  
 Æ.12. *Immortalis ego, rerum cui summa potestas:* Æ.10.  
 Æ.6. *Fulmine deiecti cali de parte serena* Æ.9.  
 Æ.6. *Lethæum ad fluium fundo voluuntur in imo,*  
 Æ.1. *Quos rapidus flammis ambit torrentibus amnis;* Æ.6.  
 Æ.6. *Ergo exercentur pœnis, æternaq. ferri* Æ.7.  
 Æ.6. *Supplicia expendant tenebris, & carcere caco:* Æ.9.  
 Æ.6. *Horrendum stridens flammis, pro talibus ausis;* Æ.2.  
 Æ.6. *Hortator scelerum sedet, æternumq. sedebit,* Æ.6.  
 Æ.9. *Nec mea iam mutata loco sententia cedit.*  
 Æ.4. *Eia age rumpe moras, miseram solabere mortē,* Æ.10.  
 Ec.1. *Namq. doli circum hæc demum frangentur inanes;* G.2.  
 Æ.4. *Mens immota manet, manet alta mente repostum* Æ.1.  
*judicium; meritq. expectant præmia palma;* Æ.5.  
 Vnum

- Æ.5. *Vnum pro multis dabitur caput.*  
 Æ.9. *Rumpe moras omnes, nec plura effatus: At ille* Æ.8.  
 Æ.4. *His medium dictis raptim secat æthera pennis,* G.1.  
 Æ.10. *Exuperatq. moras, calo descendit ab alto,* Æ.8.  
 Æ.1. *Et iam iussa facit, mœrentia pectora mulcet.* Æ.1.  
 Æ.10. *O Pater, ò hominum summi regnator Olympi,* Æ.7.  
 Ec.4. *Dilecti nati funus crudele videbis?* Æ.11.  
 Æ.12. *Alte sublatum tolli miserabile corpus* Æ.11.  
 Æ.11. *Vulneribus pulsum adspicies? quis talia fando* Æ.2.  
*Temperet à lacrymis: indigna morte peremptum* Æ.5.  
 Æ.2. *Natū ante ora Patris, Patres qui morte redemit,* Æ.6.  
 Æ.1. *Et genus humanum, laniatum corpore toto,* Æ.6.  
 Æ.6. *Ora manusq. ambas, populataq. tempora cernam,* Æ.2.  
 Æ.3. *Sacrati capitis? traiecta q. pectora ferro?* Æ.10.  
 Æ.3. *Consertum tegmen spinis stat vertice CHRISTI.* Æ.6.  
 Æ.7. *Id vero horrendum visu, latus haurit apertum,* Æ.10.  
 Æ.12. *Lancea, purpureus quondam color ora relinquit,* Æ.11.  
 Æ.11. *Labitur exanguis letho, pulchrosq. per artus* Æ.9.  
*It cruor, inq. humeros cervix collapsa recumbit:*  
 Æ.3. *Haud impune quidem, moriens animā abstulit hosti* Æ.9.  
 Æ.6. *Heu pietas, heu prisca fides, sacroq. cruore* Æ.5.  
 Æ.11. *Spargitur & tellus lacrymis, sparguntur & ora,* G.3.  
 Æ.2. *Hei mihi qualis erat quantum mutatus ab illo.*  
 Æ.6. *Quis tam crudeles optauit sumere pœnas?*  
 G.1. *Terra tremit, fugere fera, & mortalia corda*  
*Per gentes humiles strauit pavor, inde repente* Æ.8.  
 V u Con-

- Æ.11. *Conditur in tenebras altum caligine calum*  
 Ec.1. *Nam fratris radijs obnoxia surgere Luna*  
 Æ.5. *Visa dehinc celo, defunctaq; corpora vita*  
 Æ.11. *Multa virum infernis ad lumina surgere vita,*  
 Æ.6. *Illustres anima, atq. imis exire sepulchris.*  
 Æ.10. *O dolor atque decus magnum rediture Parenti:*  
 Æ.6. *Heu pictas: tales voluisti expendere pœnas?*  
 G.4. *Nequaquam ob meritum pœnas; iniuria nostri*  
 Æ.6. *Causa mali tanti, supplex tua numina posco,*  
 Æ.4. *Extremam hanc oro veniam, miserere dolentem;*  
 Æ.10. *Idem ego Nate tuum maculaui crimine nomen,*  
 Æ.6. *Funeris heu tibi causa fui, qui sanguine nobis*  
 Æ.1. *Tempore iam ex illo calum sperare imbebas;*  
 Æ.1. *Nos tua progenies; & si pietate meremur*  
*Adspice nos; nostro doluisti saepe dolore.*  
 Æ.1. *Hic pietatis honos, sic nos in sceptrâ reponis.*  
 Æ.9. *At tu oro, cui tanta Deo permessa potestas,*  
 Æ.10. *Hunc dura mortis casum lenire dolentem*  
*Solando, & tristes animo depellere curas;*  
 Æ.4. *Huc geminas nunc flecte acies SACER ALES ab alto,*  
 Ec.1. *Huc ades, & votis iam nunc assuesce vocari*  
 Æ.7. *Tirrhenu ad Tibrim, et fœtis uada sacra LVPORVM:*  
 G.1. *Annua sacra refer circum CASTELLA sub armis,*  
 Æ.6. *Romanosq; tuos, sedes arcemq; reuise:*  
 Æ.12. *Ipse inter primos ferrugine clarus & OSTRO*  
 Æ.10. *Totus collucens varysq; ANTONIVS armis*

De-

Fontē  
Capi-  
luporū  
intelli-  
git qui  
est in  
câpo  
Mar-  
tio.  
Castel-  
lum S.  
Angeli  
Romæ  
in iux-  
ta Ti-  
berim  
sic vo-  
catum  
ab ima-  
gine  
in eius  
sumi-  
tate  
posita.  
Julius  
Anto-  
ni<sup>9</sup> No-  
men  
Cardi-  
nalis.

- Æ.12. *Defensum dabit, & meritos indicet honores,*  
 Æ.1. *IULIVS & multis onerabit limina donis,*  
 G.3. *Et viridi in campo templum de marmore ponet:*  
 Æ.11. *Hic pietate prior: meruit qui laude CORONAM,*  
 Æ.1. *Fura dabit, legesq; viris, voluentibus annis,*  
 Æ.8. *Romulidis Tatioq; seni curibusq; SEVERIS.*

## IN SYMBOLVM AGRICOLTVRAE

HORATII TIGRINI DE MARIIS.

## Cento XII.

VIRGILIUS MARO AD LECTORES.

- Ec.4. *QUAE super aruorum cultus pecorumq; canebã,*  
*Et super arboribus, gracili modulatus auena;*  
 Ec.2. *Hac eadem in parua subitò collecta figuram*  
 Æ.4. *Multa viri virtus praestanti munere donat,*  
 Æ.1. *Gratum opus agricolis, quo non praestantius ullum;*  
 Æ.7. *Vnde hominum, pecudumq; genus, vitâq; volantum*  
 Æ.8. *Vescitur; hic demum collectis omnibus unã*  
 Æ.11. *Ante oculos interq; manus sunt omnia vestras;*  
 G.1. *Si te digna manet diuini gloria ruris;*  
 G.1. *Et pressos domitare boues, & vertere terram,*  
 G.3. *Ergo omni studio, res est non parua, reponas*  
*Sensibus hæc imis; olim meminisse iuuabit:*  
 G.7. *Tu potes, hinc mensisq; diem tempusq; serendi*  
 G.1. *Prospicere, ac patrios cultusq; habitusq; locorum.*  
 Æ.7. *Illa autem & varium cali prædiscere morem.*

V u 2 Edocet.

Æ.3.  
Æ.10.  
Æ.1. Cor-  
na in  
signe  
ciuf-  
dem  
Cardi-  
nalis  
S. Se-  
uerine  
nuncu-  
pati.

- Æ.10. *Edocet; & quæ sint duris agrestibus arma:* G.1.  
 Æ.6. *Multaq. præterea, series longissima rerum,* Æ.1.  
 G.2. *Hæcætenus aruorum cultus sub imagine forma* Æ.6.  
 Æ.1. *Apparent, rari memoranda inuenta magistri,* G.4.  
 Æ.6. *Omnia quæ quondam diuino carmine Pastor* Æ.6.  
 Æ.2. *Ipsè ego, veterum voluens monumenta virorum* Æ.3.  
 Æ.5. *Hæc eadem docui recubans sub tegmine fagi:* Æ.1.  
 Æ.9. *Quæ vobis, quæ digna viri pro laudibus istis*  
*Pramia posse rear solui? te maxima rerum* Æ.7.  
 Æ.5. *Accepit Roma, & patrium seruauit honorem:*  
 Æ.12. *Cui genus à proauis, clypeoq. insigne paternum* Æ.7.  
 Adlu- Æ.11. *TIGRIDIS exuuiæ per dorsum à vertice pendent;*  
 dit ad cogno- Æ.5. *Vnde genus ducis, nec te memorande silebo* Æ.10.  
 men. Æ.7. *Carminibus nostris; & cum lustrabimus agros* Æ.4.  
 Æ.5. *Hæc tibi semper erunt, & cum iustissima tellus* G.2.  
*Fundit homo facilem victum, voluentibus annis.* Æ.1.

AD ILLUSTRIS. ET REVER.  
 D. FRANCISCVM MARIAM  
 E MARCHIONIBVS MONTIS  
 CARD. AMPLISS.

## Cento XIII.

## TIBRIS.

- Æ.4. **S**OL qui terrarum flammis opera omnia lustras  
 Æ.4. *Eia age rumpe moras, caloq. inuectus aperto,* Æ.1.  
 Æ.8. *Nascere, præq. diem veniens de parte serena* Æ.9.  
 G.4. *Duc age duc ad nos incundum lumen & auras;* Æ.6.  
 Adspi-

- Æ.4. *Adspice venturo latentur ut omnia seculo:*  
 Æ.5. *Iamq. dies, ni fallor adest, quem semper habebō*  
*Semper honoratum: flumios dum piscis amabit;* Æ.5.  
*Dum iuga MONTIS aper: volitans pænata per urbē* Æ.9.  
*Nuntia fama ruit, ferit aurea sycdera clamor,* Æ.2.  
 Æ.5. *Tum plausu fremituq. virum studijsq. fauentum*  
 Æ.1. *Fit strepitus tectis, vocemq. per ampla volutant*  
*Atria, pulsati colles clamore resultant:* Æ.5.  
 Æ.9. *Latitiaq. fremunt Tirrhena per oppida matres:* Æ.11.  
 G.3. *Omnia iam vulgata; fluunt ad regia plenis* Æ.11.  
*Tecta vix: niuei liquida inter nubila Cygni* Æ.7.  
*Dæt per colla modos; strepit omnis murmure CAMPVS* Æ.6.  
 Æ.9. *MARTIVS, & magno lati clamore reportant* G.3.  
 Æ.7. *Aduentare virum; quem non virtutis egentem* Æ.11.  
 Æ.8. *Attulit & nobis aliquando optantibus atas.*  
 Æ.4. *Iam noua progenies Ostroque insignis & auro* Æ.4.  
 Æ.1. *Per tot ducta viros, antiqua ab origine gentis*  
 Æ.4. *Tandem progreditur magna stipante caterua,*  
 Æ.12. *Puniceis inuectæ rotis, fremituq. secundo,* Æ.5.  
 Æ.8. *Lustrat Auentini montem, sedesq. beatas,* Æ.6.  
 Æ.2. *Dum iuncti currum domina subiere LEONES:* Æ.3.  
 Æ.8. *Quare agite ò iuuenes, latum celebremus honorem,* Æ.5.  
 Æ.5. *Spargite humum folijs, manibus date LILIA plenis* Æ.6.  
 Æ.4. *Aurea, Panchais adulescant ignibus ara,* G.4.  
 Æ.1. *Et quæ uectus ABAS, & quæ de vertice MONTIS* Æ.5.  
 Æ.6. *Lapsa cadit FOLIA, & pelago decurrit aperto* Æ.5.  
 Am-

Leões  
 & Li-  
 lia in-  
 signia  
 Card.  
 Sic pri-  
 us uc-  
 cabat.  
 Amnis  
 pifau-  
 ri.

- Æ.11. *Amnis, & Adriaci magno se corpore miscet:* Æ.6.  
 Æ.6. *Huius in adventu sonuerunt omnia plausu;* Æ.5.  
 Æ.12. *Vertice se attollens pater Appenninus ad auras*  
 Æ.10. *Affuit; insolitis tremuerunt motibus Alpes;* G.1.  
 G.1. *Pan onium custos venit, quem vidimus ipsi,* Ec.1.  
 Ec.10 *Venit & Vpilio, & capitis Sylvanus honore* Ec.10  
*FLORENTES ferulas & grandia LILIA quassans,*  
 Æ.3. *Et mater cultrix Cybele, cui Dyndima cordi,* Æ.10.  
*Turrigeraq; vrbes, bijugiq; ad frena LEONES;*  
 Æ.6. *Atque pij vates & Phœbo digna locuti;*  
 Æ.1. *Inde Lupa fuluo nutricis tegmine Iulus* Æ.4.  
 G.4. *Exultans; latumq; choro pœana canentes* Æ.6.  
 Æ.5. *Dona ferunt: ipse ante alios pulcherrimus omnes,* Æ.4.  
 Fer- G.2. *Dives opum variarum; & Tusci FILIVS amnis,* Æ.10.  
 dinan Æ.11. *Agmen agens equitū, et FLORENTES are cæteruas,*  
 dus M. Æ.11. *Agmen agens equitū, et FLORENTES are cæteruas,*  
 Dux G.2. *Illusas auro vestes, Ostroq; decoro,* Æ.5.  
 Etru- Æ.3. *Ingens argentum mensis, auriq; talenta,* Æ.5.  
 rię. Æ.12. *Multa manu MEDICA, veterū decora alta parentū* Æ.2.  
 cogno Æ.3. *Donat habere viro monumentū & pignus amoris:* Æ.5.  
 mē ip- Æ.12. *Multa manu MEDICA, veterū decora alta parentū* Æ.2.  
 sus. Æ.3. *Donat habere viro monumentū & pignus amoris:* Æ.5.  
 riuſcē Ec.2. *Præterea PALLAM signis auroq; rigentem,* Æ.1.  
 Inf- Æ.9. *Etrusci Ducis exuias, tibi magne trophaum* Æ.11.  
 gnia. Æ.7. *Litus ad Ausonium: sedet, aeternumq; sedebit* Æ.6.  
 Æ.8. *Ex illo celebratus honos & gloria MONTI.* Æ.12.  
 Æ.8. *Ille Dei donis & tanto latus honore,*  
 Æ.3. *Multa mouens animo, grates persoluere dignas* Æ.1.  
 Æ.3. *Calicolum Regi, perfectis ordine votis,* Æ.3.

Sole-

- G.3. *Solennes supplex aris imponit honores,* Æ.1.  
 Æ.4. *Instauratq; diem donis, & premia reddit* Æ.2.  
*Debita delectis Latio & Laurentibus agris.* Æ.11.  
 Æ.12. *Scilicet haud tanto cessabit Cardine rerum,* Æ.1.  
 G.1. *Possum equidem memorare tibi, atque ostēdere corā* Æ.6.  
 G.4. *Qua sint, qua fuerint, qua mox ventura trabantur:*  
 Ec.3. *At roseus fessos iam gurgite Phœbus Ibero* Æ.11.  
*Tingit equos, suadentq; cadentia sydera somnos:* Æ.4.  
 G.4. *Admiranda tibi vatū prædicta priorum;* Æ.4.  
 G.4. *Prætereo, ast alijs post commemoranda relinquo:*  
 G.2. *Non ego cuncta meis amplecti versibus opto*  
 Ec.10 *Pierides, vos hac facietis maxima, quando* Æ.6.  
 Æ.3. *Vobis parta quies, Romana per oppida carmen* G.2.  
 Ec.8. *Dicite Pierides: non omnia possumus omnes.*  
 Æ.3. *Vade ait ò felix Itala virtute propago,* Æ.11.  
 Æ.1. *Ee cum te gremio accipiet latissima Roma;* G.2.  
 G.1. *Aut ubi sub lucem FLORENTIA limina fertis* Æ.4.  
 Æ.7. *Mollibus intexens ornabit lata: tibi que* G.2.  
 Æ.12. *Latitia exultans, meritos indicet honores,* Æ.2.  
 Æ.4. *Purpureosq; iacet flores delecta iumentus.* Æ.8.  
 Æ.12. *Hac ubi dicta dedit, perfectio latus honore,* Æ.3.  
 Æ.9. *Tum demum præceps saltu se condidit alveo* Æ.9.  
 Æ.8. *Ima petens Tibris calo gratissimus amnis.* Æ.8.



AD

- Æ.6. **S**ISTE mea vires mea magna potentia solus, Æ.1.  
 Æ.1. Ad te confugio, qui res hominumq; Deique Æ.1.  
 Aeternis regis imperijs, & fulmine terres  
 G.3. Informes animos nil magna laudis egentes; Æ.1.  
 Æ.12. Ni frenum accipere ac dicto parere fatentur: Æ.7.  
 Æ.9. Ipse sedens niueo candentis limine Regis Æ.12.  
 Æ.8. Aetherij; exhaustos iam casibus omnium egenos Æ.1.  
 Æ.5. Muneribus cumulas magnis, pro numine tanto Æ.8.  
 Æ.7. Hinc Itala gentes: omniq; Oenotria tellus,  
 Æ.7. Qui Tiberim Fabarimq; bibunt, qui MONTE subALTO Æ.11.  
 G.3. Otia agunt, Rutulos qui exercent vomere colles; Æ.7.  
 Æ.7. Quiq; Rufas Batalumq; tenent, Aegyptus & Indi, Æ.8.  
 Æ.8. Extremiq; hominum Morini Rhenuq; bicornis  
 Æ.4. Imperio lati parent, ac iussa faceffunt,  
 Æ.2. Accingunt operi, pedibus atque oscula figunt; Æ.2.  
 Æ.11. Nunc ad te, & tua magne Pater consulta reuertor,  
 Æ.12. Impressoq; genu nitens tua numina posco: Æ.1.  
 Æ.2. Ecce leuis summo de vertice profluit humor G.4.  
 Æ.6. Noctes atque dies, penitusq; in viscera lapsus G.3.  
 Æ.5. Aridaq; ora quatit macie confecta suprema; Æ.3.  
 G.3. Quasitaq; nocent artes, cessere magistri;  
 Æ.2. Tantarum impensis operum nihil omnibus actū est,  
 Æ.12. Semper enim exuperat magis egrescitq; medendo;

Hac

- Æ.10. Hac via sola fuit, qua sit mihi cura mederi, Æ.8.  
 Æ.4. Ire viam; longos & circumflectere cursus Æ.3.  
 Æ.12. Huc illuc: ea visa salus morientibus una; G.3.  
 Æ.4. Mobilitate viget, viresq; acquirit eundo  
 Æ.4. Spiritus, & quantum sat erit; sperare salutem Æ.1.  
 Æ.10. Da nunc Tibi Pater, da non indebita posco Æ.6.  
 Æ.2. Hinc mihi, & afflictis melius confidere rebus: Æ.1.  
 Æ.9. Quando aliter nequeo potare canalibus undam G.3.  
 Æ.3. Aestibus at medijs: iterum videre PHILIPPI, G.1.  
 G.4. Et liquidos fontes animo sententia surgit: Æ.1.  
 Æ.1. Ipse ignotus egens ventos perpeffus & imbres Æ.9.  
 Æ.5. Iam senior, madidaq; fluens in veste per urbem Æ.2.  
 Æ.7. Quid faciam? neq; ego longa cum veste sacerdos Æ.6.  
 Æ.5. Assiduo tantos possum superare labores; Æ.3.  
 Æ.12. Interdum genua impediunt, cursumq; retardant: G.3.  
 G.3. Ad terramq; fluit conuexo pondere ceruix:  
 Æ.9. Nec iam sufficiunt seraq; ad fortia vires; Æ.8.  
 Æ.9. Omnia fert atas: quantum mutatus ab illo? Æ.6.  
 Æ.1. Hic saepe immensum cali venit agmen aquarum, G.1.  
 Æ.7. Semper & obducto late tenet omnia limo; G.1.  
 Æ.7. Strata iacent passim sua quaq; sub aetheris axe Æ.2.  
 Æ.5. Immundoq; fimo; cum Iuppiter horridus Austris Æ.9.  
 Torquet aquosam hyemē, et calo caua nubila rūpit;  
 Æ.4. Omnia nam late vastat: dependet amictus Æ.6.  
 Sordidus ex humeris, cuncti se scire fatentur: Æ.11.  
 Æ.6. Quin ut te supplex peterem ad tua limina veni, Æ.8.

X x Nunc,

salinea  
 s. Caf-  
 sian &  
 s. Phi-  
 lippi i  
 Italia.

- Æ.8. *Nunc, ò nunc liceat, pro longa tegmine palla*  
 Æ.5. *Quod superest, oro, liceat in veste recinta*  
 Æ.11. *Fre, placet, paciꝫ manu prætere signa.*  
 Ec.5. *Sis bonus, ò felixꝫ tuis in rebus egenis*  
 Æ.12. *Pro Latio obtestor pro maiestate tuorum:*  
 Adlu- Æ.6. *Sic demum tardis SIDVS te mensibus addas*  
 dit ad Sidus G.4. *Sideris in numerum cali in regione serena;*  
 qd est in Inf. Æ.8. *Qualis ubi Oceani perfusus Lucifer undam*  
 gne si xxi V. Æ.2. *Dat lucem, & late circum loca lumina vestit*  
 P.M. *Purpureo, solemq. suum sua sidera discat*  
 Æ.4. *Te colere, & rastris glebas qui frangit inertes,*  
 G.3. *Te quoq. magna Pales, atque omnis nauita pontū*  
 Æ.11. *Dum subit, & longæ sulcant vada salsa carina.*

AD REVER. D. GREGORIVM CAPILVTVM.

Cento XV.

- Æ.12. **O** PRAESTANS animi puraꝫ in veste sacerdos;  
 Æ.7. *Candidior cynnis, quo non præstator alter,*  
 Æ.7. *Carminibus nostris nec te memorande silebo;*  
 Æ.3. *Qui Tripodas Clarij lauros, qui sidera sentis,*  
 G.1. *Ventos & varium cali prædiscere morem,*  
 G.1. *Frigida Saturni quo sese stella receptet:*  
 Æ.9. *Quinetiam veterum voluens monumenta virorum*  
 i. inter Æ.8. *Quam varijs linguis sacrata resolvere iura*  
 preta- Æ.2. *Haud ignota loquor, scis ipse & scire fateris;*  
 ii. G.2. *Natura arcanos etiam tibi credere sensus*

Altius

- Ec.6. *Altius atque cadant summotis nubibus imbres,*  
 Æ.3. *Nec non ut fluat as rivis, auriꝫ metalla,*  
*Vulnificusꝫ calybs vasta fornace liquecat:*  
 Ec.3. *Descripsit radio totum qui gentibus orbem*  
 Æ.9. *Et cythara cordi, numerosꝫ intendere nervis*  
 G.3. *Sæpe in honore Dei, medio stans hostia ad aras:*  
 Ec.4. *Tu decus omne tuis, hinc usq. ad sidera notus,*  
 G.2. *Felix qui potuit rerum cognoscere causas;*  
 G.2. *Non ego cuncta meis amplecti verbis opto,*  
 Æ.4. *Eni quid agam; varia confusus imagine rerum?*  
 G.2. *Non mihi si lingua centum, sint oraꝫ centum*  
*Ferrea vox, neq. enim numero comprehendere refert:*  
 Ec.1. *Quæ qui scire velist, Lybici velis aquoris idem*  
*Discere quam multi veniant ad litora fluctus;*  
 Æ.8. *Aut cum serâ rubens accendit lumina Vesper*  
 G.2. *Nosse quot in sylvis animum se millia condunt*  
 Æ.2. *Cedo equidem, ast alijs post cõmemoranda relinquo.*

AD SEREN. VINCENTIVM GONZAGAM

MANTVAE DVCEM.

Cento XVI.

MANTO.

- Æ.1. **N**ATE mea vires, mea magna potentia solus,  
 G.3. *Quem legere Ducẽ, tardis ubi flexibus errat*  
 Ec.7. *Mincius, & niuei liquida inter nubila Cyni*  
*Dat per colla modos, sonat amnis et omnia circum*

X x 2 Quæ-

- Æ.4. *Quaę lacus latè liquidos, quaę ubere lata* Æ.3.  
 Æ.4. *Rura tenent, vallesq; caua saltusq; profundi,* G.2.  
 Æ.10. *Vicinaq; fremunt ripa, collesq; supini:* G.4.  
 Æ.11. *Cuius ob auspiciu celsis caput urbibus exit* Æ.8.  
 Æ.10. *Vrbs antiqua, potens armis, atque ubere gleba,* Æ.1.  
 Æ.1. *Vrbem quam statui, Priami dum regna manebat,* Æ.2.  
 Æ.1. *Ad te confugio supplex in rebus egenis.* Æ.9.  
 Æ.11. *Ecce autè ignis edax summa ad fastigia vento* Æ.2.  
*Voluitur, exuperat turres & tecta domorum:* Æ.2.  
 Æ.2. *Iam summas arces veterum decora alta parètur* Æ.2.  
 Æ.5. *Egregia fabricata manu considere in ignes* Æ.2.  
*Adspiciam? tuq; ò dubijs ne desce rebus:* Æ.6.  
 Æ.10. *Per patrios manes, & spes surgentis ALVNI* Æ.6.  
 Æ.8. *Adsis ò tandem, si quid mea carmina possunt,* Æ.9.  
 Æ.11. *Vota precesq; mea; Princeps tu rite propinques* Æ.10.  
 Æ.1. *Virtutesq; virosq; & tanti incendia tecti,* G.4.  
 Æ.2. *Vulcano superante domus: iam SCENA coruscis* Æ.1.  
 Æ.5. *Collucet flammis circum CASTELLA sub armis.* Æ.5.  
 Æ.6. *Heu pietas, heu prisca fides: cinis ater habebit* Æ.4.  
 Æ.1. *Scuta virum, galeas, rorantes sanguine cristas?* Æ.11.  
 Æ.11. *Frenaque, feruentesq; rotas, ensesq; decoros?*  
 Ec.2. *Olim raptæ manu diuerso ex hoste trophæa,* G.3.  
 Æ.6. *Magnanimu heroum spolia, & de Rege superbo:* Æ.11.  
 Æ.10. *Spiculaq; clypeiq; ereptaq; rostra carinis*  
 Æ.1. *Per varios casus, per tot discrimina belli?* Æ.2.  
 Æ.11. *Telaq; trunca viri, currus, curuq; secures* Æ.10.

Sta-

- Æ.7. *Stabant tercentum sacra ad fastigia fixa* Æ.9.  
 Æ.2. *Porticibus longis: tibi Rex Gradive Trophæum,* Æ.10.  
 Æ.12. *Ingens, prisca fides factæ sed fama perennis.* Æ.9.  
 Ec.9. *Heu cadit in quemquã tantu scelus? hei mihi quãtu* Æ.11.  
 G.2. *Et qualem infelix amisit Mantua honorem.* G.4.  
 Æ.1. *Sunt lacryma rerum, & sem monumenta doloris,* Æ.12.  
 Æ.1. *Solve metus, feret hac aliquam tibi fama salutem;*  
 Æ.12. *Maior agit Deus, atq; opera ad maiora remittit.*  
 Æ.11. *Nunc ad te insignem fama & felicibus armis* Æ.7.  
 Æ.7. *O mea progenies, animo gratissima nostro,* Æ.12.  
 Æ.8. *Ergo eadem venio supplex: virtutis anita.* Æ.10.  
 G.1. *An ne tot incassum fusos patiere labores?* Æ.7.  
 G.4. *Haudquaquam: non laudis amor nec gloria cessit,* Æ.5.  
 Æ.8. *Pectora sunt animi, & rebus spectata iuuentus,*  
 Æ.10. *Tot lecti proceres, argenti pondus & auri,* Æ.1.  
 Æ.12. *Sunt tibi regna Patris, sed bello viuida virtus.* Æ.5.  
 Æ.6. *Incenditq; animum, iubet & sublata reponi* Æ.8.  
 Æ.11. *Magna Trophæa: manus tentare pericula belli* Æ.11.  
 Æ.2. *T eq; tuosq; iuuat, sinitè instaurata reuisam.* Æ.11.  
 Æ.2. *Arma, viri fert e arma, Ducem patria alta reposcit* Æ.10.  
 Æ.10. *Indutum spolys ipsum te: hostilibus armis* Æ.11.  
 Æ.1. *Insignem, victorq; virum: volitare per ora* G.3.  
 Æ.3. *Ne dubita, tutum patrio te limine sistam,* Æ.2.  
 Æ.6. *Tu ne cede malis, sed contra audentior ito,*  
 Æ.8. *Neu belli terrere minis, labor omnia vincit:* G.1.  
 Æ.5. *Certa manent, meritq; expectant præmia palma.* Æ.11.

A D

## AD D IO IACOBVM CALANDRAM

NOBILEM MANTVANVM.

## Cento XVII.

- D**UM patrios fines, & dulcia linquimus arua, Ec. 1.  
 Postq̄ nos Amaryllis habet te amice nequiu Ec. 6.  
 Conspicere, & notas audire & reddere voces: Ec. 6.  
 Jamq̄ dies, alterq̄ dies processit, & alter, Ec. 3.  
 Nec tamen interea prescripsit pagina nomen, Ec. 6.  
 Nulla tuorum audita mihi neque visa laborum, G. 2.  
 Carmina nulla; meas effugit mutius aures Ec. 7.  
 Ante satis penitus? de te nil tale verebar, Ec. 9.  
 Eloquar an sileam? nostri tibi cura recessit? Ec. 2.  
 Haud equidem credo: tu nunc eris alter ab illo? Ec. 5.  
 Qui cum partiri curas operumq̄ laborem, G. 2.  
 Quid fieri ferro liquidoq̄ potest orichalco, Ec. 12.  
 Artificiumq̄ manu componere magna solebam? Ec. 7.  
 Te colere, arcanos etiam tibi credere sensus? Ec. 4.  
 Haud quaquam: quia nota mihi tua magna voluntas, Ec. 12.  
 Eia age rumpe moras: nam qua tam sera morantur Ec. 2.  
 Tempore iam ex illo tunc facta silentia linguis? Ec. 11.  
 Me ne igitur socium, tot iam labentibus annis, Ec. 2.  
 Deseris heu? folijsq̄ notas & nomina manda Ec. 3.  
 Jam mihi & in melius tua qui potes orsa reflectas: Ec. 10.  
 Nunc quoq̄ mens eadem perstat mihi cura peculi Ec. 1.

Cedat

- Cedat amicitia; da non indebita posco, Ec. 6.  
 Si bene quid de te merui, tibi maxima rerum, Ec. 9.  
 Verborumq̄ fides, nihil ò tibi amice relictum est: Ec. 6.  
 Tu decus omne tuis, tu seruantissimus aq̄ui: Ec. 2.  
 Ingenium, aut rerum factò prudentia maior G. 1.  
 Admiranda tibi; natura accedere partes G. 2.  
 Tu potes, & causas penitus tentare latentes: Ec. 3.  
 Quacumq̄ in folijs descripsit carmina Apollo Ec. 3.  
 Nota tibi, veterum voluens monumenta virorum Ec. 2.  
 Fas tibi Graiorum sacrata resolvere iura Ec. 2. 1. Interpre-  
 tari.  
 Quam varijs linguis, atque omnia ferre sub auras, Ec. 2.  
 Nam quis te causas melius; calig, meatus Ec. 6.  
 Descripsit radio? spirantia mollius æra? Ec. 6.  
 Aut quis te viuos ducet de marmore vultus Ec. 6.  
 Nunc adeò melior? quoniam tu maximus ille es Ec. 6.  
 Vnus qui nobis opera inter talia primus, Ec. 6.  
 Inuentas aut qui vitam excoluere per artes Ec. 6.  
 Mœnibus in patrijs, unum Tritonia Pallas Ec. 5.  
 Quem docuit, miraq̄ insignem reddidit arte: Ec. 6.  
 Ausus & ipse manu casus effingere in auro, Ec. 6.  
 Pandere res altas terra & caligine mersas: Ec. 6.  
 Multaq̄, præterea memoranda inuenta magistri G. 4.  
 Sunt tibi; iam totum fama vulgata per orbem, Ec. 1.  
 Artis opisq̄ tuæ; inuat indulgere labori; Ec. 2.  
 Te superesse velim, meritis pro talibus annos Ec. 1.  
 Priamides, si quid veri mens augurat opto: Ec. 7.

Ipse

- Æ.4. Ipse mihi ante alios fortunatusq. laborum, Æ.1.  
 Egregiusq. animi, virtus coit omnis in unum. Æ.10.  
 Æ.4. Gentis honos, tardis ingens ubi flexibus errat G.3.  
 Mincius aurato taurinus cornua vultu: G.4.  
 Æ.5. Quod superest; oro, liceat tot ferre per annos G.3.  
 Tithoni prima quod abest ab origine Casar.  
 Æ.3. Inde tuum nomen (superet modo Mantua nobis) Æ.9.  
 Æ.10. Mantua dives auis, tantarum gloria rerum: Æ.4.  
 Æ.5. Iamque vale: torquet medios nox humida cursus,  
 Æ.3. Nec minus interea fessos sopor irrigat artus: Æ.3.  
 Æ.12. Sis memor atque animi serua communis amorem. Æ.2.

## IN OBITV ILLVSTRISS AC REVEREND

CARDINALIS FARNESII.

## Cento XVIII.

ROMAE PROSOPOPEIA.

- Æ.12. **H**EI mihi quid tanto turbantur mœnia luctu?  
 Æ.2. Venit summa dies; superis concessit ab oris Æ.2.  
 Æ.4. Cara Dei soboles Ostroque insignis et auro, Æ.4.  
 Æ.1. Per tot ducta viros antiqua ab origine gentis,  
 Æ.7. Tirrbenum ad Tibrim multos servata per annos, Æ.7.  
 Æ.11. Cara mihi ante alias, puraque interrita PARMA, Æ.11.  
 Æ.3. O mihi sola mei saui monumenta doloris: Æ.12.  
 Æ.6. Ecce autem concussi animi mastusque per omnes Æ.9.  
 It gemitus: resonat magnis plangoribus ather, Æ.4.  
 Span-

- Æ.11. Spargitur et tellus lacrymis, sparguntur et ora; Æ.4.  
 Æ.12. Huc matres misera, pueri, innuptaq. puella, G.4.  
 Æ.1. Post alij proceres magna comitante caterua Æ.2.  
 Æ.9. Vndiq. conveniunt, et tristia funera ducunt G.4.  
 Æ.7. Per medias urbes, crepitantiq. ara secuti G.4.  
 Æ.1. Suppliciter tristes, et tunsis pectora palmis,  
 Æ.11. Funereas rapuere faces, et molle pberetrum Æ.11.  
 More tulere patrum: media testudine templi Æ.1.  
 Æ.8. Tum lecti iuvenes ingenti mole sepulchrum, Æ.6.  
 Constituant, decorantq. super fulgentibus armis:  
 Æ.11. Collucent ignes; vacuas it fumus ad auras; Æ.12.  
 Æ.11. Conditur in tenebras altum caligine calum: Æ.8.  
 Æ.8. Jamq. sacerdotes incensa altaria circum, Æ.8.  
 Æ.2. Sacra canunt, cumulantq. oneratis lancibus aras, Æ.8.  
 Æ.5. Incedunt pueri, corpusq. exangue sepulchro Æ.2.  
 Æ.12. Componunt, nec non longa cum veste sacerdos Æ.6.  
 Æ.3. Exorat pacem, dixitq. novissima verba Æ.6.  
 Æ.10. Manibus et cineri, et pura circumtulit vnda, Æ.6.  
 Spargens rore levi et ramo felicis oliua.  
 G.3. Ille autem, quamvis PARMA protectus abiret Æ.10. Allu-  
 Æ.5. Decidit ante oculos lacrymantumq. ora parentum, Æ.12. dit ad  
 Æ.11. O dolor atq. decus magnum rediture Nepoti: Æ.9. ciuita  
 Æ.11. Ille mihi ante alios, et erat tum dignus amari, Æ.5. tē Par  
 Æ.11. Egregiusq. animi, fortunatusq. laborum, Æ.5. me.  
 Æ.11. Et predulce decus; quondam dum vita manebat, Æ.5.  
 Æ.11. Hic amor hoc studium, prestanti munere donat Æ.5.  
 Ty Omni-

- Æ.1. *Omnibus exhaustos iam casibus omnium egenos:*
- G.2. *Quid maiora sequar? magnas it fama per urbes.* Æ.4.
- Æ.7. *Tectum augustum ingens centū sublime columnis*
- Æ.4. *Centum aras posuit, posuitq; immania templa.* Æ.6.
- Æ.3. *Ipse manu, multisq; oneravit limina donis:* Æ.10.
- Æ.12. *Ille autem ad superos quorum se demouet aris*  
*Succedet fama tantarum in munere laudum:* Æ.8.
- Æ.5. *Jamq; adeo donati omnes opibusq; reſecti,* G.3.
- Æ.7. *Religionē sacra, pueriq; parentibus orbi,* Æ.12.
- Lilia Æ.6. *Matres atq; viri, manibus date LILIA plenis,* Æ.6.  
 iſigne  
 domus Ec.5. *Et tumultum facite, et tumulo super addite carmē.*  
 Farn-  
 fiz. Æ.2. *Ipse inter primos, Tyrio conspectus in OSTRO,* G.3.  
 Ec.5. *Formosi pecoris custos, ad Tiberidis undam,* Æ.7.  
 Ec.5. *Candidus insuetum miratur limen Olympi,*  
*Sub pedibusq; videt nubes, longeq; reſulget,* Æ.8.  
 Æ.10. *Qualis gemma micat fuluum qua diuidit aurum.*  
 Æ.3. *Vade, ait, o felix tanta pietatis imago,* Æ.6.  
 Æ.6. *Æternumq; loco quam molliter ossa quiescant:* Ec.10.  
 G.2. *Nec minus interea, prima de gente Latini* Æ.11.  
 Æ.7. *Centum oratores tibi erunt, qui dicere laudes* Ec.6.  
 Æ.2. *Intendant, Vates & Phœbo digna locuti* Æ.6.  
 G.3. *Te quoque sublimemq; ferent ad sidera cali:* Æ.1.  
 Æ.5. *Quod superest, oro, cape dona extrema tuorum,* Æ.3.  
 Æ.6. *Purpureos spargam flores, animamq; sepulcro,* Æ.4.  
 Æ.9. *Quando aliter nequeo meritos indicere honores,* Æ.5.  
 Æ.6. *His saltem accumulem donis, solatia luctus* Æ.11.

Exi-

- Exigua ingentis, misera sed debita ROMAE:* Æ.1.
- Æ.1. *Sunt lacryma rerum, et mentem mortalia tangunt:*
- Æ.2. *Stat sua cuiq; dies: breue & irreparabile tempus:*
- Æ.2. *Quid tantum insano iuuat indulgere dolori?* Æ.12.
- Æ.10. *Quo feror? unde abij? quis enim modus adſit amori?* Ec.2.
- Æ.11. *Felix morte tua, superum iam ſignat honore* Æ.6.  
*Te Pater ipse suo rerum cui ſumma potestas,* Æ.10.  
 Æ.11. *Quo vitam dedit æternam, ſedesq; beatas:* Æ.6.  
 Æ.2. *Hæc ubi dicta dedit Tiberini ad fluminis undâ* Æ.10.  
 Æ.4. *Flauentes abſciſa comas pulcherrima ROMA,* G.3.  
 Æ.5. *Multa gemens, largoq; humectans ſumine vultum* Æ.1.  
 Æ.3. *Conticuit ſubitò, mentem turbata dolore.* Æ.12.

## IN OBITVM EIVSDEM CARDINALIS.

## Cento XIX.

- Ec.5. **F**ORTVNATE ſenex, quondã dum vita manebat Æ.5.  
 Ec.1. **M**ontibus in noſtris, tu decus omne tuis, Ec.4.  
*Tu decus omne tuis, quã ſol utrumq; recurrens* Æ.7.  
 Æ.6. *Noctes atque dies adſpicit Oceanum;* Æ.7.  
 G.3. *Quã iacet aggeribus niueis informis, & alto*  
*Terra gelu late, te nemus omne canit:* Ec.6.  
*Te nemus omne canit, ripe collesq; ſupini,* G.3.  
 Æ.9. *Ingentemq. tenent nomen & arma locum;* Æ.6.  
*Nomen & arma locum ſeruant; ubi LILIA multa* Æ.12.  
 Æ.7. *Tirrhenum ad Tibrim parturit almus ager:* G.3.

Ty 2 Sta-

- G. 3. *Stabunt & Parij lapides spirantia signa*  
 E. 1. *Multa tibi ante aras rupe sub aëria:* G. 4.  
 E. 10. *Ipsa caput populis rerum pulcherrima ROMA* G. 2.  
 A. 4. *Omnia tuta timens stabit acerba fremens;* E. 10.  
 E. 1. *Et roseas laniata genas loca quæstibus implet;* G. 4.  
 E. 12. *Tristior & lacrymis terra toriq. madent;* E. 9.  
 E. 8. *Corniger Hesperidum fluvius regnator aquarum*  
 E. 1. *Constitit, & lacrymans victus amore tui;* E. 12.  
 E. 5. *Interitum montesq. feri, sylvaq. loquuntur,*  
 G. 4. *Et liquidi fontes fertilis Ausonia:* E. 9.  
 E. 4. *Te propter Pœnos etiam ingemuisse leones,* E. 5.  
 G. 1. *Balantumq. gregem, CAPRIGENVMQ. pecus:* E. 3.  
 Adlu- dit ad Capra solâ. E. 12. *Hinc totam resonare LVPIBVS ululatibus urbem* G. 1.  
 G. 3. *Sepe diem noctemque, ò dolor atque decus;* E. 11.  
*O dolor atque decus magnum; quis talia fando;* E. 2.  
 E. 6. *Matres atque viros temperet à lacrymis?* E. 3.

## IN OBITVM EIVSDEM CARDINALIS.

Cento XX.

EX TIBVLLO.

**N**VNC et amara dies, et noctis amarior umbra  
 Heu miserū, frāgit, fortia corda dolor: (est,  
 Quid queror infelix, felix quicumq. dolore,  
 Alterius discas posse carere tuo;  
 Hunc cecinere diem Parca, tristesq. sorores,  
 Stamina qua ducunt, quæq. futura neunt:  
 Quid

*Quid ve domus prodest Phrigys innixa columnis?*  
*Tinctaq. sydonio murice lana iuvat?*  
*Quid mihi nunc profit lacrymas fuisse tepentes?*  
*Sed prodest sanctis thura dedisse focus:*  
*Vrantur pia thura focus, vrantur odores,*  
*Quisquis ades lingua vir mulierq. faue:*  
*Hoc solenne sacrum multos celebretur in annos,*  
*Dum vebit stellas, dum vebit amnis aquas:*  
*Vt tristem mortis demonstrat littera causam,*  
*Fac lapis inscriptis stet super ossa notis,*  
*Hic iacet immiti consumptus morte Sacerdos,*  
*Insignis clara conspicuusq. domo;*  
*Sit lacrymas fuisse satis, quater ille beatus:*  
*Cui decorant sanctas florea ferta comas.*

## EIVSDEM EPITAPHIVM.

**H**OC tumulo quævis lateas, tua cognita virtus  
 Farneſi in terris, sol ut in axe, micat.

## EIVSDEM.

**Q**UALIS in ætherio collucet Phœbus Olympo,  
 Dum vebitur roseis conspiciendus equis;  
 Talis Alexandri splendent facta incluta terris,  
 Dum fama infedit conspiciendus equo.

IVLIO

## IULIO CAPILVPO MANT. QVI DVOS

Cent. ex carminibus Virgilij fecit, Alterum Sixto V.

Pont. Max. Alterum Seren. Vincentio

Mantuae Duci.

- Æ.7. **T**V quoq. litoribus nostris genus acre LVPORVM G.3.  
 Æ.1. Iulius, Hippolyti proles pulcherrima bello, Æ.7.  
 Æ.7. Nobilis & fama, multis memoratus in oris,  
 Æ.8. Carminibus celebras fama super athera notas Æ.1.  
 Æ.6. Illustres animas, queis belli insigne paternum Æ.7.  
 Fides Æ.2. Intemerata FIDES veterum et decora alta parentum Æ.2.  
 Sym- Æ.8. Arduus arma tenēs pedibus IOVIS ARMIGER uncis; Æ.9.  
 bolum Ducis Æ.7. Nec minus interea laudes & facta Parentis, Æ.4.  
 Mītuę Aquilę vero Æ.3. Dijs equidem auspiciis, celi cui sidera parent, Æ.10.  
 inf- Æ.6. Et Chaos & Phlegeton, atque alta mœnia Roma, Æ.1.  
 gnit. Æ.7. Cui triplici niuea cinguntur tempora vitta: Æ.6.  
 Æ.1. Aspera quod positis mitescunt sacula bellis:  
 Æ.2. Et sedet hoc animo, detrudere finibus hostem, Æ.7.  
 Tutari Italiam, sceleratam excindere gentem, Æ.9.  
 Æ.1. Et genus inuisum, in nebula quos improba ventris Æ.2.  
 Exegit cacos rabies; semperq; recentes Æ.7.  
 Conuectare iuuat pradas, & viuere rapto;  
 G.1. Dij patrij talem terris auertite pestem; Æ.3.  
 Æ.9. Pœnarum exhaustum satis est: immanis in antro Æ.6.  
 Æ.4. Occidit & serpens, & fallax herba veneni:  
 Æ.5. Nec lupo insidias pœcori, nec retia ceruis  
 Ulla dolum meditantur, amat bonus otia Pastor, Æ.6.

For-

- Æ.5. Formosi pecoris custos: hic aurea condit Æ.6.  
 Secula, qui rursus Latio regnata per arua  
 Æ.11. Sceptra tenens, nulli veterum virtute secundus; Æ.11.  
 Æ.4. Testor utrumq; caput, calo descendit ab alto Æ.8.  
 Æ.6. Et regere imperio populos, sanctumq; Senatū; Æ.1.  
 Æ.6. Parcere subiectis, & debellare superbos,  
 Æ.7. Europa atque Asia pacique imponere morem. Æ.6.  
 G.2. O decus ò fama merito pars maxima nostra  
 Æ.8. Flos veterū virtusq; virum; cui mentē animumq; Æ.6.  
 Delius inspirat, redimitus tempora lauro G.3.  
 G.4. Et chorus aqualis Dryadum, pulcherrima Roma, G.2.  
 Æ.8. Aurea nunc olim syluestribus horrida dumis,  
 Æ.7. Tirrhentū ad Tiberim et fontes, quas dicere grates, Æ.11.  
 Quasque referre parant? studijsq; asperrima belli Æ.1.  
 Æ.11. Mantua diues auis, monumentū et pignus amoris: Æ.5.  
 Æ.3. Si qua fides, tardis ingens ubi flexibus errat G.3.  
 Æ.8. Corniger Hesperidum fluiuis regnator aquarum.  
 Æ.7. Mincius, & tenera pratexit arundine ripas:  
 Æ.12. O prestans animi iuuenis diuine Poeta; Æ.10.  
 Æ.5. Qua tibi, qua tali reddet pro carmine dona?  
 G.3. Ipse caput tonsa folijs ornatus oliua,  
 Æ.11. Mœnibus in patrijs; fluiuos dum piscis amabit, Æ.5.  
 Æ.10. Dum tenera attondent sima virgulta capella;  
 Et Cythiso saturantur apes: surgentis IULI Æ.6.  
 Æ.7. Nomen in astra feram (mecum modò vita superstit) G.3.  
 Æ.12. Cōspectu in medio procerum; Nam proxima Phœbi Æ.7.

Versi-

- Versibus ille facit, Tiberini ad fluminis undam* A. 10.  
 Ec. 6. *Ilice sub nigra; quos est mirata iuuenca;* Ec. 8.  
 Ec. 9. *Cantantes sublimē ferunt ad sycdera cycni;*  
 A. 8. *Et vos ne vati noceat mala lingua futuro,* Ec. 7.  
 Ec. 7. *Nympha noster amor praestanti corpore Nympha* A. 1.  
 Ec. 10. *Pierides; hedera crescentem ornate Poetam.* Ec. 7.

## RESPONSIO SVPERIORI CENTONI.

## Cento XXI.

- G. 2. **T**U, quem Parnasi deserti per ardua dulcis G. 3.  
 Raptat amor, victorq. virū volitare per ora G. 3.  
 A. 3. *Ne dubita: Hos tibi dant calamos, en accipe, Musa* Ec. 5.  
 A. 10. *Fatidica Mantus, dulces ante omnia Musa:* G. 2.  
 Id est A. 2. *Pastori quos ante seni, quibus ille solebat* Ec. 6.  
 Virgi- A. 4. *Sistere aquam fluiuis, et vertere sycdera retrò*  
 no. Ec. 6. *Cantando, et rigidas deducere montibus ornos:*  
 Ec. 5. *Qua tibi, qua tali reddam pro carmine dona?*  
 Ec. 7. *Hic arguta sacra pendebit fistula oliua,* A. 3.  
 A. 9. *Quando aliter nequeo grates persolvere dignas;* A. 1.  
 A. 3. *Ergo iter inceptum, et longum ne linque laborem* A. 3.  
 G. 3. *Rumpe moras omnes; aderitq. vocatus Apollo;* A. 3.  
 A. 4. *Illic res lata, cura casusq. leuamen,* A. 3.  
 A. 6. *Fortunatorum nemorum, tutiq. receptus,* A. 13.  
 G. 1. *Et ver assiduum, atque alienis mensibus astas,*  
 G. 4. *Et liquidi fontes, et prata recentia riuis,* A. 6.  
 A. 6. *Dulcis et alta quies, mollesq. sub arbore somni,* G. 2.

Hic

- A. 6. *Hic iuuenum chorus, et cithara fidibusq. canoris* A. 6.  
 A. 7. *Assiduo resonat cantu, nymphaq. sorores* G. 2.  
 Ec. 7. *Nympha noster amor Libethrides, agmine facto* G. 4.  
 A. 6. *Et pedibus plaudunt choreas, et carmina dicunt;*  
 A. 2. *Sacra canunt, caliq. vias, et sycdera monstrant,* G. 2.  
 G. 3. *Ergo omni cura, laudis succensus amore* A. 7.  
 A. 6. *Insuetum per iter, tenuis qua semita ducit* A. 9.  
 A. 4. *Perge, sequar; quocumq. dabunt se tempore vires,* A. 4.  
 A. 3. *Quamuis increpitent sotij, praesensq. mimentur* A. 12.  
 Exitium; subitaq. animum dulcedine morit A. 11.  
 A. 1. *Musa mihi, neque me seruitio exire licebit,* Ec. 1.  
 A. 4. *En quid agam? extremi iam sub fine laborum,* G. 4.  
 Vela traham: subeunt morbi tristisq. senectus; G. 3.  
 A. 12. *Ulterius tentare veto, mihi cetera laudem* A. 11.  
 Facta ferant, et me victusq. volensq. remitto. A. 12.  
 A. 10. *Ipsa caput populis rerum pulcherrima Roma* G. 2.  
 A. 10. *Populeas inter frondes, ubi Lydius arua* A. 2.  
 Inter opima virum leni fuit agmine Tibris  
 G. 2. *Sistat, et ingenti ramorum protegat umbra.*  
 A. 9. *At tu, oro, cui tanta Deo permessa potestas* A. 9. Apo-  
 A. 6. *Nunc regere imperio populos, ubi pinguis culta* A. 10. itro-  
 Exercentq. viri, et nigra facundat arena G. 4. phe ad  
 A. 3. *OLLI caruleus calo gratissimus amnis:* A. 8. Sere-  
 G. 2. *Quiq. frequens herbis, et fertilis ubere gleba* A. 1. nst-  
 G. 3. *Pascit equos, niueosq. herboso flumine Cycnos* G. 2. mum  
 G. 3. *Mincius aurato taurinus cornua vultu;* G. 4. Vincē  
 tiū Mā  
 tuq. du  
 ceim.

Z z Quiq.

- G.2. *Quiq. suo viridi semper se gramine vestit*  
 G.1. *Fluviorum rex Eridanus ditissimus arvis:* Æ.7.  
 Ec.5. *Sis bonus ò felixq. tuis, vatemq. virumque* Æ.6.  
 Æ.2. *Sacra suumq. tibi commendat Mantua nomen,* Æ.10.  
 Æ.3. *Et genus Æ mansuram urbem, serua inclyta fama* Æ.2.  
 Æ.3. *Mœnia, magnanimū quondā decora alta Parētū.* Æ.2.

## A D ILLVSTREM

D. MARCELLVM VESTRIVM

SECRETARIVM APOSTOLICVM.

## Cento XXII.

- Æ.5. **M**ENS agit at mihi, nec placida cōtenta quiete est,  
 Æ.7. *Tirrhēnū ad Tibrim Æ fontes tua dicere fa-* Ec.3.  
 Æ.4. *En quid agā? varia cōfusis imagine rerum (Et:* Æ.12.  
 Æ.11. *Tantarū aut morbo grauis aut iam segnior annis?* G.3.  
 Æ.4. *Degeneres animos timor arguit: accipe iussis* Ec.8.  
 Ec.6. *Carmina capta tuis, si quis tamen hac quoq. si quis*  
 Æ.2. *Captus amore leget, non me labor iste grauabit:*  
 Æ.11. *Rem nulli obscuram nostrā nec vocis egentem*  
 Æ.10. *Quid repetam? veterū voluens monumenta virorū* Æ.3.  
 Ec.4. *Tu responsa potes consultus reddere Vates* G.3.  
 Ec.1. *Nobis consilijs habitus non futilis auctor;* Æ.11.  
 G.2. *Felix qui potuit rerum cognoscere causas;*  
 Ec.10. *Atque utinam ex vobis vnus VESTRIQ. fuisset,*  
 Ec.4. *Tu decus omne tuis postquam tibi venit Apollo,* Ec.10  
 Æ.6. *Quod te carminibus vincet nec Tracius Orpheus.* Ec.4.

Quam-

- G.1. *Quamuis Æ Rhodope miretur et Ismarus Orphea.* Ec.6.  
 G.4. *Mulcentem tigres Æ agentem carmine quercus:*  
 Æ.7. *Hinc Æ tum Pater ipse petens responsa LATINVS*  
 G.1. *Qui Tuscum Tibrim Æ Romana Palatia seruat*  
 G.4. *Inter sacra Dei patribus dat iura vocatis.* Æ.7.  
 Æ.2. *Tum vero arcanos etiam tibi credere sensus:* Æ.4.  
 Æ.12. *Sive animis sive arte vales, tibi copia fandi* Æ.11.  
*Larga quidem semper, fama super athera notus.* Æ.1.  
 Æ.6. *Tu MARCELLVS eris magnā Mauortis ad Urbē,* Æ.6.  
 Æ.11. *Largus opum Æ lingua melior; sed viuida virtus* Æ.11.  
 Æ.6. *Incenditq. animum fama venientis amore;*  
 Ec.10. *Hac sat erit Diua VESTRO. cecinisse Poeta*  
 Ec.7. *Nimpha noster amor Libetrices, omnia quando* Æ.11.  
 G.1. *In peius ruere ac retro sublapsa referri,*  
 Ec.1. *Quid faciam? subeunt morbi tristisq. senectus.* G.3.  
 Æ.5. *Quod superest, quocunq. dabunt se tempore vires* Æ.4.  
 Æ.2. *Dicam olim, fretus cythara fidibusq. canoris* Æ.6.  
 Æ.10. *Fatidica Mantus, non omnia possumus omnes:* Ec.8.  
 Æ.12. *Desine iam tandem, iam desine tibia versus,* Ec.8.  
*Desine; namq. super tibi erunt qui dicere laudes* Ec.6.  
 Æ.5. *Intendant: Vates Æ Phabo digna locuti* Æ.6.  
 G.3. *Te quoq. sublimemq. ferent ad sidera cali,* Æ.1.  
 Ec.10. *Pierides vos hac facietis maxima VESTRO.* Ec.3.  
 Æ.9. *Quando aliter nequeo qua rite incepta parauit* Æ.4.  
*Perficere, obsessas fauces premit aspera lingua:* G.3.  
 Æ.12. *Desine iam tandem, iam desine tibia versus:* Ec.8.

Z z 2 Om-

Fe.9. *Omnia fert atas, fugit irreparabile tempus:* G.3.  
 G.9. *Cantando puerum memini me condere soles.*

AD DEVM.

## DE BELLO GALLIAE

Cento XXIII.

ROMAE PROSOPOPEIA.

Æ.10. **O** Pater ò hominũ rerum cui summa potestas, Æ.10.  
 Æ.1. *Qui mare qui terras oēs sub numine torques* Æ.11.  
 Æ.12. *Respice res belli varias, miserere ruentis* Æ.9.  
 Æ.7. *Europa atque Asia; medys Mars errat in armis,* G.2.  
 Æ.4. *Jsq. amens animi fremit horridus ore cruento;* Æ.1.  
 G.4. *Magnanimosq. Duces, aut bello territat urbes* Æ.12.  
 Æ.6. *Terribili visu, furijs accensus & ira* Æ.12.  
 Æ.1. *Litoraq. & latos populos, vberima Regna,* Æ.3.  
 G.2. *Hic petit excidijs: urbem, summasq. minatur* Æ.12.  
*Deiecturum arces, turres ac tecta domorum.* Æ.1.  
 Vulgo. Æ.3. *AERE cauo (talem terris auertite pestem* Æ.3.  
 Boni- Æ.11. *Calicola) sine more furit, tonitruq. tremiscunt* Æ.5.  
 barda. *Ardua terrarum, & campi, calumq. profundum.* Ec.4.  
 Æ.6. *Dum flammæ Iouis, & sonitus imitatur Olympi*  
 Æ.8. *Ore vomens ignes; quam multa grandine nimbi* Æ.5.  
*Culminibus crepitant, sic densis ictibus orbes* G.1.  
 Æ.7. *Liuentis plumbi spargit, arisq. metalla:* G.2.  
 G.1. *Quos ignis certo contorquens dirigit ictu* Æ.12.  
 Æ.11. *Fulminis in morem; per propugnacula muri,* Æ.9.  
 Per-

Æ.12. *Perq. hostes per tela ruit; fert impetus ipsum:* Æ.12.  
 Æ.12. *In medias acies fulgentes are cateruas* Æ.8.  
 Æ.2. *Fundit humi; quacũq. viam secat agmina cedunt:* Æ.12.  
 Æ.2. *Limina perrumpit veterum penetralia regum;* Æ.2.  
 G.4. *Pulveris exigui iactu, vi denique multa* Æ.4.  
 Æ.4. *(Horrendum dictu) disiectis oppida muris* Æ.3.  
 Æ.12. *Excudit, effunditq. solo; quo maxima motu* G.1.  
*Terra tremit, reboant Sylvaq. & magnus Olympus.* G.3.  
 Æ.7. *Postquam visa satis primos acuisse furorcs*  
 Æ.6. *Ipsius à solio Regis, populumq. patresque,* Æ.4.  
 Æ.7. *Concilium, omnemq. domum vertisse Megara:* Æ.11.  
 Æ.6. *Intentans angues, media inter millia sauit;* Æ.10.  
 Æ.6. *Incenditq. animos infani Martis amore,* Æ.7.  
 Æ.8. *Quam cum sanguineo sequitur Bellona flagello;*  
 Æ.4. *Et dira ultrices: caput horum & causa malorum* Æ.11.  
 Æ.3. *Eloquar an sileam? regnandi dira cupido;* G.1.  
 G.1. *Hinc bellirabies, & amor successit habendi:* Æ.8.  
 G.1. *Vicina ruptis inter se legibus vrbes*  
 Æ.8. *Extremiq. hominum Morini, Rhenusq. bicornis*  
 G.1. *Arma ferunt; raptis concurrunt undiq. telis:* Æ.9.  
 G.1. *Armorum sonitus toto Germania celo*  
 Æ.7. *Audijt, & Trivia longè lacus, audijt amnis*  
 Æ.8. *Caruleus Tibris; penitusq. exterrita tellus* Æ.3.  
 G.3. *Belgica, & insolitis tremuerunt motibus alpes,* G.1.  
 Æ.7. *Et trepida matres pressere ad pectora natos:*  
 Æ.2. *Quicquid id est timeo: nec solos tangit Atridas* Æ.9.  
 Sedi-

- Æ.1. *Seditio: in nostros fabricata est machina muros:* Æ.2.  
 Æ.3. *At vos, ò superi rebus succurrite fessis,* Æ.11.  
 Æ.3. *Et placidi seruate pios, Regniq. coronam* Æ.3.  
 Æ.7. *Insignem, meritumq. malis auertite numen:* Æ.4.  
 Æ.12. *O cobibete iras: paribus se legibus amba* Æ.12.  
*Inuicta gentes aterna in fœdera iungant:* Æ.7.  
 G.3. *Sin in processu cœpit crudefcere Bellum,* G.1.  
 Æ.10. *Arua aliena iugoe premere, atq. auertere pradæ,*  
 Æ.6. *Et Tiberim multo spumantem sanguine cerno,*  
 Æ.12. *Cuncta tuo qui bella Pater sub numine torques*  
 Æ.6. *Eripe me his inuictæ malis: via prima salutis* Æ.6.  
 Æ.1. *Ad te confugio, & supplex tei iuuicium posco:*  
 Æ.12. *Desine iam tandem precibusq. insecere nostris.*  
 Æ.9. *At tu magne PATER qui vertice MONTIS ab* AL- Æ.7.  
 Æ.8. *Cuncta vides, prasens nostro succurre labori, (TO.* Æ.9.  
 Æ.2. *Quod te per superos & conscia numina veri*  
 Æ.2. *Intemerata fides, oro, miserere ruentis* Æ.2.  
 Æ.3. *Italia: tibi fas animum tentare precando:* Æ.4.  
 Æ.7. *Dic in amicitiam coeant, & fœdera iungant,*  
 Æ.11. *Cedant ius proprium Regi, patriaq. remittant*  
 G.3. *Tum demum: ast armis concurrant arma caueto:* Æ.12.  
 G.4. *Sin autem increfcunt animis discordibus ira,* Æ.9.  
*Et conferre manum & procedere longius audent,*  
 Æ.8. *Heu quanta miseris cades Laurentibus instant,*  
 Æ.12. *Ventum ad supremum est: alpes immittet aperias* Æ.10.  
 G.3. *Gens effrena virum, Romanis arcibus olim.* Æ.10.

Exi-

- Exitium magnum, & Capitolia celsa tenebit;* Æ.8.  
 Ec.4. *Atque iterum auratis volitans argenteus anser* Æ.8.  
*Porticibus Gallos in limine adesse canendo* Ec.2.  
 G.1. *Signa dabit: quantæ acies stragemq. ciebunt* Æ.6.  
 Æ.11. *Mœnibus in patrijs, atque inter tuta domorum;*  
 Æ.10. *Tum certare odijs, tum res rapuisse licebit:*  
 Æ.5. *O Patria, ò rapti nequicquam ex hoste penates*  
 Æ.12. *Quo referor toties? vatum predicta priorum* Æ.4.  
*Terribili monitu horrificant, scio acerba meorum* Æ.10.  
*Circumstare odia, hunc, oro, defende furorem:*  
 G.4. *Omnia nam late vastant: satis vna superque* Æ.2.  
*Vidimus excidia: & vasta conuulsa ruina* Æ.3.  
*Hæc loca vi quondam: moles auulsaq. saxis* Æ.2.  
*Saxa vides, pendent opera interrupta, minaque* Æ.4.  
*Murorum ingentes: veterum decora alta parentum* Æ.2.  
 Ec.7. *Strata iacent passim sylæstribus horrida dumis:* Æ.8.  
 Æ.11. *Cætera qua rerum iaceant perculsa ruina,*  
 Æ.2. *Aut quid in euersa vidi crudelius vrbe*  
 Æ.4. *(Quando animus meminisse horret luctuq. refugit)* Æ.2.  
 G.4. *Prætereo, ast alijs post commemoranda relinquo*  
 Æ.9. *Nota nimis miseris, dum spes incerta futuri.* Æ.8.  
*Dum cura ambigua, moniti meliora sequamur:* Æ.3.  
 Æ.9. *Pœnarum exhaustum satis: instaurata reuisam* Æ.2.  
 Æ.3. *Templa Dei centum latis immania regnis.* Æ.4.  
 Æ.4. *Ire iterum in flammæ, & mille sequentia tela?* Æ.6.  
 Æ.6. *Multaq. præterea diuini signa decoris?* Æ.5.

Hinc

- Obeli  
fci.
- Æ.3. *Hinc altas cautes proiectaq; saxa: theatris* Æ.5.  
 Æ.7. *Arte noua qua se tollunt in luminis auras?* Æ.9.  
 G.4. *Speluncisq; lacus clausos, rimosq; sequentes?* Æ.6.  
 Æ.8. *Romanosq; foro spirantia mollius æra?* Æ.7.  
 Æ.3. *Effigies sacras Diuum? immanesq; columnas?* Æ.3.  
 Æ.8. *Artis opisq; tuæ calo capita alta ferentes?* Æ.7.  
 Æ.6. *SISTE tot incassum fusos patiere labores?*  
 Æ.7. *Haud Pater ipse velit summi Regnator Olympi,*  
 Æ.12. *Tum neq. nomen erit, nec honos aut gloria Montis*  
 Æ.11. *O dolor atque decus magnum, quis talia fando* Æ.2.  
*Tenaperet à lacrymis miseratē incōmoda nostra?* Æ.8.  
 Æ.12. *Sunt tibi Regna, iacent penitus desessa talenta* Æ.10.  
*Calati argenti, circum Castella sub armis:* Æ.5.  
 Æ.7. *Respice res Italas, Romanorumq; triumphos,* Æ.8.  
 G.1. *Magnaq; tercentum totam delubra per urbem,* Æ.8.  
 Æ.2. *Relligione Patrum multos seruata per annos:*  
 Ec.1. *Et fontes sacros, lapides spirantia signa,* G.3.  
 Æ.1. *Fortia facta Patrum, diuerso ex hoste trophæa:* G.3.  
 G.2. *Sacra Deum, sanctosq; Patres, dulcesq; meorum* Æ.4.  
*Reliquias (vnum quod rebus restat egenis)* Æ.10.  
 Æ.2. *Commendosq; repetens iterumq; iterumq; monebo,* Æ.3.  
 Æ.12. *Respice res belli varias, sortisq; futura:* Æ.10.  
 Æ.5. *Iamq; dies (ni fallor) adest, quem semper acerbum*  
 Ec.5. *Dicemus; quod ut, è potius formidine falsa* Æ.10.  
*Ludar, & in melius retrò sublapsa referri* Æ.2.  
 Æ.2. *Adspiciam; forsan miseros meliora sequentur.* Æ.12.

Tali-

- Æ.4. *Talibus orabat dictis pulcherrima Roma* G.2.  
 Æ.4. *Omnia tuta timens, venturaq; desuper urbi* Æ.2.  
 Æ.2. *Plurima dura suo tristi cum corde putabat* Æ.8.  
 G.4. *Illa quidem, & meliora Deum sedet omina poscens.* G.3.

ILLVSTRI AC REVEREND.

D. MARCELLO VESTRIO A SECRETIS

S. D. N. SIXTI V.

Cento XXIIII.

- Æ.12. **O** *Præstans animi magna spes altera Roma,* Æ.12.  
 Æ.7. *Sermonū memor et promissi muneris heros;*  
 Æ.1. *Sis felix nostrumq; leues quicumq; laborem,*  
 Æ.7. *Adsis è tandem, & propius res adspice nostras,* Æ.1.  
 Æ.12. *Quā pro me curā gregis, hanc precor optime pro me*  
 Ec.4. *Aggredere è, meriti tanti non immemor vnumquam* Æ.9.  
 Æ.2. *Quo res cumq; cadent; fugit irreparabile tempus.* G.3.  
 Æ.1. *Ad te confugio supplex; mollißima fandi* Æ.4.  
 Æ.4. *Quando adcrit promissa dies, & tempora parca* Æ.9.  
*Debita compleant, Regem Regumq; Parentem,* Æ.6.  
 Æ.4. *Supplicibus supera votis; præq; omnibus vnum* Æ.3.  
 Æ.6. *Vnum oro: tibi fas animum tentare precando,* Æ.4.  
 Æ.9. *In VESTRIS pono gremijs vatēq; virumque* Æ.6.  
 Æ.10. *Spemq; meam; qua digna viri pro laudibus istis* Æ.9.  
*Præmia posse rear solui? multosq; per annos* G.4.  
 Æ.9. *Te superesse velit summi Regnator Olympi:* Æ.7.

A a a Hæc

- Æ.4. *Hæc precor, & si quid veri mens augurat opto:* Æ.7.  
 Æ.4. *Spero equidem afflictis melius confidere rebus.* Æ.1.  
 Æ.4. *Te Duce: promissis maneat, seruataq; serues:* Æ.2.  
 Æ.4. *Credo equidem, nec vana fides; sperauimus ista.* Æ.10.  
 Æ.4. *Jam pridem, quia nota mihi tua magna voluntas:* Æ.10.  
 Æ.5. *Quod superest, oro, si quid mea carmina possunt.* Æ.9.  
 Æ.12. *Sis memor ipse mei: dum spiritus hos reget artus,* Æ.4.  
 Æ.4. *Dum mea me generis tenuit fiducia VESTRI,* Æ.1.  
 Æ.6. *Semper honos, nomenq; tuum, laudesq; manebunt.*

AD BEATISSIMAM MARIAM VIRGINEM  
 DE BELLO GALLIÆ

Cento. XXV.

TIBRIS.

- Æ.9. **A**STRORVM decus & tanta pietatis imago, Æ.6.  
 Æ.12. *Quæ nunc antiquos signorum suspicis ortus:* Æ.5.  
 Æ.5. *Sub pedibusq; vides nubes, longeq; resulges,* Æ.8.  
 Æ.8. *Qualis ubi Oceani perfusus Lucifer unda*  
 Æ.8. *Extulis os sacrum calo, tenebrasq; resoluit:*  
 G.3. *Talis & ipsa leues cali demissa per auras* Æ.11.  
 Æ.2. *Insedens nimbo effulges, curasq; resoluis* G.1.  
 G.4. *Magnanimum heroum, tristi dum corde volutant* Æ.6.  
 Æ.10. *Euentus belli varios, iramq; minasque* Æ.4.  
 Æ.3. *Palladis armifera, & certamina Martis anheli:* Æ.12.  
 Æ.8. *Dum te nunc solio stellantis regia cali* Æ.7.  
*Accipit, æternumq; tenet per secula nomen,* Æ.6.

Æluc

- Æ.6. *Huc geminas nunc flecte acies, terrasq; iacentes* Æ.1.  
 Æ.10. *GALLORVM, & longè saltus latèq; vacantes* G.3.  
 Æ.10. *Adspice nunc: supplex venio, miserere tuorum.* Æ.10.  
 G.4. *Regibus incessit magno discordia motu,*  
 G.4. *Auditurq; tubæ mugire per æthera clangor.* Æ.4.  
 Æ.5. *Namq; furens animi medio in certamine Mauors* Æ.8.  
*Calatus ferro, tristesq; ex æthere Dira*  
 Æ.9. *Horrendum sonuere, ille asper & improbus ira,* Æ.9.  
 Æ.8. *Dentibus infrendens spumas agit ore cruentas,* G.3.  
 Æ.12. *Excisurum urbem minitans, opulentaq; regna,* Æ.8.  
 Æ.7. *Regalesq; PARIS Pallas quas condidit arces,* Æ.3. Lute-  
 tia.  
 G.3. *Iamq; catenatim dat stragè, camposq; per omnes* Æ.1. Vulgo  
 Paris.  
 Æ.11. *Agmen agens Equitum, sata fræta boumq; labores* G.1.  
 Æ.10. *More furens torrentis aqua, vel turbinis atri,*  
 G.1. *Diluit; implentur fossæ: & caua MACHINA belli* Æ.2. Pom-  
 barda.  
 G.3. *Nec minus interea memoranda inuenta Magistri* G.4.  
 Æ.8. *Deiçit in terras muros, & castra tuentes:* G.4.  
 Æ.3. *Tristius haud ullis monstrum: præsensq; minatur* Æ.9.  
*Exitium, quod non aliud velocius ullum,* Æ.4.  
*Mobilitate viget, viresq; acquirit eundo,*  
 Æ.3. *Nec sic horrificis iuxta tonat Aetna ruinis:*  
 Æ.1. *Ipsa Iouis rapidum iaculata è faucibus ignem;* Æ.8.  
 Æ.5. *Nulli visa cito decurrit tramite recto,* Æ.8.  
 Æ.9. *Fulminis ætæ modo; toroq; ardentis ab ore* Æ.12.  
 Æ.9. *Saxea pila cadit; sonitus procul ære canoro* Æ.12.  
 Æ.12. *Terrificos ciet, & circum loca sulphure fumant,* Æ.2.

Aaa 2 Tali-

- Æ.2. Talibus insidijs domat, aut quatit oppida bello Æ.9.  
 Æ.12. Sanguineus Mauors; una tot cade perempta Æ.9.  
 Æ.5. Corpora fundit humi, & vitam dispergit in auras; Æ.11.  
 Æ.5. O prohibete nefas, vastosq; immergite ponto Æ.3.  
 Æ.4. Mōstrum horrēdum ingens, visu mirabile mōstrū: Æ.10.  
 G.3. Ipse manu genua amplectens genibusq; volutans Æ.3.  
 Æ.4. Ecce iterum supplex venio; et sanctum mihi numen Æ.8.  
 Æ.9. Unum oro Genitrix; culpam comepse, priusquam G.3.  
 Dira per incautum serpent contagia vulgus,  
 Æ.4. Hic postquam dubius medys Mars errat in armis, G.3.  
 Æ.12. Jam melior iam diua precor compressa quiescant G.4.  
 Æ.8. Arma rogo Genitrix, calescentiq; viri duo resuscitent, Æ.12.  
 Ec.1. Et motus animorum atque hac certamina tanta: G.4.  
 Æ.6. Alma precor miserere; potes Natumque, Patremq; Æ.4.  
 Æ.10. Pacem orare manu, finemq; imponere curis, Æ.4.  
 Æ.11. Nulla salus bello, pacem te poscimus omnes:  
 G.3. Primus ego in patriam, meritis pro talibus annos Æ.1.  
 Æ.3. Idem venturos solido de marmore templa Æ.7.  
 Instituam, festosq; dies de nomine MATRIS G.3.  
 Æ.1. VIRGINIS, & iussos aris adolemus honores: Æ.3.  
 Æ.6. Dicta mea genti ponam, hac me sacra quotannis Æ.5.  
 Vrbe velit posita templis tibi ferre dicatis.  
 Ec.10. Interea tristi turbatus pectora bello Æ.8.  
 G.1. Ipse Pater, cui tanta Deo permessa potestas, Æ.9.  
 Æ.6. Multa putans, sortemq; animo miseratus iniquā, Æ.6.  
 Æ.12. Turbatosq; duces, & lamentabile regnum; Æ.2.

Iam-

- Æ.9. Iamq; oratores delectos ordine ab omni Æ.7.  
 Æ.11. LEGATI qui supremum comitentur honorem; Æ.11. Card.  
 Æ.11. Ire placet, quacumq; nouas incidere lites, Ec.9. nus. a  
 Æ.10. Tela inter media, atq; horrentes Marte tumultus: Æ.2. Sixto  
 Æ.6. Hic vir hic est, tibi quem promitti sapius audis, V. ad  
 Æ.5. Cui genus & quondam nomen GAIETA dedisti, Æ.7. Gallos  
 Æ.6. Purpureasq; super vestes de pelle GALEROS legat<sup>o</sup>  
 Æ.5. Donat habere viro rerum pulcherrima Roma: Æ.7. Adlu-  
 Æ.6. Missus in Imperium, magna comitante caterua. Æ.7. dit ad  
 Æ.6. I decus, i nostrum, melioribus utere factis; cogno-  
 Æ.10. Cui Rex atherei causam euentusq; secundet: Æ.11. men.  
 Æ.1. Namq; tibi reduces socios Mauortis ad urbem, Æ.6.  
 Æ.1. Nuncio, & ad sedes victor ueherere paternas; Æ.11.  
 Æ.1. Perge modo, & qua te via ducet, dirige gressus. Ec.10  
 Ec.10. Incipe sollicitas Galli mutare labores, Æ.12.  
 Æ.1. Consilia in melius; rumpantur nescia vinci Æ.11.  
 Æ.1. Corda volente Dea; in primis contusaq; vulgi Æ.10.  
 Pectora, & in melius tua qui potes orsa reflectas Æ.2.  
 Ec.10. Galle: quid insano iuuat indulgere labori? Æ.2.  
 Æ.8. Militiā et graue Martis opus, bella horrida bella Æ.6.  
 Æ.12. Desine iam tandem, precibus mansuescere corda G.4.  
 Æ.10. Nunc sinite, & placidum lati componite fedus  
 Æ.8. Vna omnes; ne tanta animis assuescite bella, Æ.6.  
 Ne Patria validas in viscera vertite vires:  
 Æ.5. Quis furor, o tantas audetis tollere moles? Æ.1.  
 Æ.11. Qua nam vos, qua causa fuit consurgere in arma Æ.10.

O mi-

- E.7. *O miseri? motos praestat componere fluctus:* A.1.  
 E.11. *Cogite concilium, et pacem laudate sedentes,* A.1.  
 E.11. *Flent maesti, mussantq. patres, praesensq. periclo* A.1.  
*Jt timor, et maior Martis iam apparet imago,*  
 E.11. *Dirum exacrantur bellum; non ullus aratro* G.1.  
*Dignus honos, squallent abductis arua colonis:*  
 E.11. *Vlterius ne tende odys, graua arma quiescant;* A.10.  
 E.3. *Rex prior, et melior vacua sine regnet in aula.* G.4.  
 E.6. *Talibus orabat magnam Mauortis ad urbem* E.6.  
 E.3. *Tibris, et obnixus curam sub corde premebat.* A.4.  
 E.3. *Multa monens animo cali ventura sub axem* A.6.  
 E.9. *Fertilis Ausonia; casu concussam uerbo* A.3.  
 G.3. *Stare loco nescit, humero supereminet undas;* A.10.  
 E.7. *Vorticibus rapidis et multa flauus arena*  
 E.1. *Fertur in arua furens cumulo; lateq. per urbem* A.6.  
 E.1. *Voluitur, atque alte spumis exuberat amnis:* A.7.  
 E.6. *Riparumq. toros et pontes transilit altos,* A.11.  
 E.11. *Diluuium miscens, hominumq. boumq. labores* G.1.  
 E.3. *Rursus, et obducto late tenet omnia limo.* G.1.

## DE BOMBARDA.

## Cento XXVI.

- A.2. *Quo molem hanc musa quis nobis extudit arte?* G.4.  
*Vnde noua ingressus hominum expertetia cepit*  
 E.10. *Sternere cade viros, et maenia cingere et urbes* A.3.  
 Tan-

- A.10. *Tantum impensis operum: qua machina belli?* A.2.  
 E.4. *Monstrum horredum ingens, flammisq. armata chimera?* E.6.  
 E.3. *Triste malum, quo non aliud velocius ullum* A.4.  
 E.3. *Tormenti genus, et memoranda inuenta magistri* G.4.  
 E.4. *Germani, in lucem stygijs emissa tenebris;* G.3.  
 E.1. *Qua regio in terris quaeue hunc tam barbaramorem* E.1.  
 E.5. *Attulit ipsa uiris? (id rebus defuit unum)* A.12.  
 G.4. *Feruet opus, seuitq. animis ignobile vulgus,* A.1.  
 E.4. *Illa fretus agit florentes are cateruas;* A.11.  
 E.12. *In medias acies audet se credere pugna,* A.5.  
 E.5. *Audet adire uirum, et ceco contendere Marte* A.9.  
 E.10. *Ille quidem doluit an uirtus, quis in hoste requirat?* A.2.  
 G.3. *Quid labor aut bene facta iuuat? quid fortibus ausis* A.9.  
 G.3. *Profuit in duri certamina Martis euntes* A.12.  
 E.6. *Illustres animas tentare pericula belli?* A.11.  
 E.4. *Illa doluit dirumq. nefas, tristesq. ruinas* A.2.  
 E.4. *Ergo ubi concepit furias, mortemq. minatur* A.11.  
 E.1. *Extemplo: pressa est insignis gloria facti* A.12.  
 E.6. *Huius in aduentu, dat fortia corpora letho* A.12.  
 G.4. *Magnanimum heroum nullo discrimine cadem* A.12.  
*Suscitat, irarumq. omnes effundit habenas:*  
 G.4. *Hac omnis morbi causa, hinc exercuit iras* G.3.  
 E.10. *Efferat vis animi, et scelerata insania belli* A.7.  
 E.5. *Hac petit excidijs urbem miserisq. penates* G.2.  
 E.12. *Sanguineus Mauors, medijsq. in milibus ardet;* A.1.  
 E.6. *Quis tam crudeles mortalibus esse labores* A.10.  
 Sustu-

- Æ.8. *Sussulit? ac tales optavit sumere pœnas?* Æ.8.  
 Æ.3. *Tristius haud ullis monstrum, ruit omnia late,* Æ.12.  
 Æ.7. *Pestiferas aperit fauces; opera omnia rumpit:* Æ.12.  
 G.3. *Continuòq; auidis ubi subdita flamma medullis*  
 Æ.1. *Nutrimenta dedit, rapuitq; in fomite vires,* Æ.6.  
 Æ.6. *Spiritus intus alit, totosq; infusa per artus*  
 Æ.8. *Igne rima micans, aditumq; per aua quarit,* Æ.9.  
 Æ.12. *Fluctuat ira intus, partes rimatur apertas:* Æ.11.  
 Æ.5. *Nec mora continuò vastis cum viribus exit* Æ.11.  
 Æ.12. *Stridens, & celeres incognita transilit auras;* Ec.1.  
 G.3. *Stare loco nescit: sonitus procul ære canoro* Æ.9.  
 Æ.12. *Terrificos ciet, & circum loca sulfure fumant,* Æ.2.  
 Æ.10. *Et tremefacta solo tellus, saltusq; profundi* G.2.  
 Æ.9. *Dant sonitû, et vocem late nemora alta remittunt,* Æ.13.  
 G.1. *(Infandum) sistunt amnes, terraq; dehiscunt,*  
 Æ.7. *Horrendum dictu, murali concita nunquam* Æ.12.  
*Tormento sic saxa fremunt, nec fulmine tantum*  
 G.3. *Porta tonat cali, cuncti se scire fatentur:* Æ.11.  
 Æ.1. *Ipsa Iouis rapidum iaculata, e faucibus ignem* Æ.8.  
 Æ.5. *Nulli visa cito decurrit tramite recto,* Æ.8.  
 Æ.9. *Fulminis acta modo, totoq; ardentis ab ore* Æ.12.  
 Æ.9. *Saxea pila cadit, volat atri turbinis instar* Æ.12.  
 G.3. *Aerea per vacuum, montes & flumina tranat* G.3.  
 Æ.7. *Ardua sic illam fert impetus ipsa volantem:* Æ.3.  
 G.3. *Castella in tumulis ad terram pondere vasto* Æ.5.  
 Æ.9. *Coniicit, egregiasq; urbes, operumq; labores* G.2.

Anti-

- G.2. *Antiquasq; domos castris effundit apertis,* Æ.7.  
 Æ.2. *Fundamenta quatit, densos prorumpit in hostes;* Æ.10.  
 G.1. *Tam multa scelerum facies? qua causa subegit* Æ.8.  
*Ignotas tentare artes? labor omnia vincit* G.1.  
 Æ.3. *Immanis; quid non mortalia pectora cogis* Æ.3.  
*Auri sacra fames? cadisq; insana cupido?* Æ.9.  
 Æ.4. *Quis novus hic nostris successit sedibus auctor* G.1.  
 Æ.6. *Causa mali tanti? Stygys sese extulit undis* Æ.3.  
 Æ.4. *Credo equidem, nec vana fides; pro talibus ausis* Æ.2.  
 Æ.10. *Tum Pater omnipotens rerum cui summa potestas*  
 Æ.7. *Ipse repertorem Stygias detrusit ad undas,* Æ.7.  
 Æ.6. *Et tristes sine sole domos: abolere nephandi* Æ.4.  
*Cuncta viri monumenta iubet, nomenq; genusque.* Æ.10.  
 Æ.11. *O fortunata gentes Saturnia regna*  
 Æ.6. *Magnanimi Heroes nati melioribus annis,*  
 Æ.1. *O fortunati, quorum sub legibus auum* G.4.  
 Ec.6. *At non tam turpes meditando extunderat artes,* G.1.  
 G.4. *Pulveris ut venis abstrusum excuderet ignem,* G.1.  
 Æ.12. *Exitium dirumq; metum mortalibus agris:* Æ.12.  
 G.1. *Ante Iouem nulli causas tentare latentes* Æ.3.  
 Æ.2. *Aut terebrare causas veteri sub imagine formas* Æ.6.  
 Æ.12. *Ferro ausi; qua tanta animum dementia cepit?* Æ.5.  
 Æ.1. *Quod genus hoc hominû? procul, o procul est profani,* Æ.6.  
 Æ.11. *Artificis scelus, insidias, suspectaq; dona* Æ.2.  
 Æ.2. *Attrahere nephas; satis est potuisse videri,* Ec.6.  
 Æ.6. *Triste ministerium, memoranda inuenta Magistri* G.4.

Bbb

Sed

Æ.3. *Sed fugite ò miseri, vastoq; immergite ponto* Æ.3.  
 Æ.4. *Monstrū horrēdum ingens, donū exitiale Minerua.* Æ.4.

## A D A N D R E A M

RESTIVVM SICVLVM.

## Cento XXVIII.

Æ.4. **S**ICELIDES *Musa precor adspirate canenti* Æ.9.  
 Æ.5. *Egregium iuuenē, magnam cui mentē animūq;* Æ.6.  
*Delius inspirat vates, aperitq; futura:*  
 Æ.6. *Pergite Pierides: non omnia possumus omnes:* Æ.8.  
 Æ.5. *Carmina descripsi nuper qua cortice fagi*  
 Æ.10. *Carmina sunt dicenda, neget quis carmina Vati?* Æ.3.  
 Æ.6. *Namq; canebat vti numero Deus impare gaudet* Æ.8.  
 Æ.10. *Sidream in sedem, terras vnde arduus omnes*  
 Æ.1. *Prospiciens mare velivolans, noctemq; profundam,* Æ.4.  
 Æ.1. *Virtutesq; viros summo sedet altus Olympo,* Æ.11.  
 Æ.1. *Et tamen est illi cura mortalis egestas:* G.3.  
 Æ.1. *Tum canit errantem Lunam, Solisq; labores,* Æ.1.  
 Æ.6. *Vnde hominum, pecudumq; genus, vitæq; volantum*  
 Æ.6. *Cæperit, & rerum paulatim sumere formas,*  
 Æ.6. *Et coniuratos calum rescindere fratres;*  
 G.4. *Tanarias etiam fauces; quæq; ætheris alti* Æ.12.  
*Relligio, & quæ ceruleo sunt nomina ponto;*  
 Æ.6. *Altius atque cadant summotis nubibus imbres,*  
 G.1. *Frigida Saturni quo sese stella receptet,*  
 G.1. *Hinc tempestates dubio prædiscere calo*  
*Aestusq;*

G.1. *Aestusq; pluiasq; & agentes frigora ventos;*  
 Æ.6. *His adiungit, vti magnum per inane coacta* Æ.6.  
*Semina terrarumq; animaq; marisq; fuissent,*  
 Æ.6. *Principio: partem diuina mentis & haustus* G.4.  
*Aetherios, calum & terras qui numine torquet* Æ.4.  
 Æ.5. *Donat habere viro, natura accedere partes* G.3.  
 Æ.4. *Ignotas, penitus causas tentare latentes* Æ.3.  
 G.4. *Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur:*  
 Æ.12. *O præstans animi iuuenis de sanguine gentis* Æ.5.  
 Æ.1. *Trinacria: mirata fremit Romana propago* Æ.6.  
 G.4. *Ingenium, antiquam virtutem, animosq; viriles,* Æ.3.  
 G.3. *Laudibus & plausu celo te educere certant;* Æ.6.  
 G.2. *Felix qui potuit rerum cognoscere causas.* Æ.1.  
 Æ.4. *Tu decus omne tuis postquam te maxima rerum* Æ.3.  
 Æ.5. *Acceptit Roma, & multo compellat honore* Æ.3.  
 Æ.12. *Conspectu in medio procerum; pro nomine tanto*  
 Æ.5. *Muneribus cumulat magnis, ac talia fatur;* Æ.6.  
 Æ.3. *Vade ait, ò felix; duros perferre labores* Æ.1.  
 Æ.2. *Nec te pœniteat; possit quid viuida virtus* Æ.11.  
 Æ.12. *Nota mihi, sunt hic etiam sua premia laudi,* Æ.1.  
 Æ.1. *Europa atque Asia, viuusq; per ora feretur* Æ.11.  
 Æ.1. *Semper honos nomenq; tuum, dum rore cicada* Æ.5.  
*Dumq; thymo pascentur apes, dum fronde capella:* Æ.10.  
 Æ.12. *Desine iam tandem, iam desine tibia versus* Æ.8.  
 Æ.8. *Desine Manalios, iam desine; carmina vobis* Æ.6.  
*Carmina quæ vultis cognoscite; claudite Nympha* Æ.6.  
 Bbb 2 Sice-

Ec. 4. *Sicelides Nympha nemorum iam claudite saltus;* Ec. 6.  
Ec. 10. *Hoc sat erit vestrum Diva cecinisse poetam.*

## DE LAVDIBVS VRBIS VENETAE.

## Cento XXIX.

Æ. 3. **S**ACRA mari medio colitur ditissima terra G. 2.  
Æ. 3. *Nereidum matri, fluctu suspensa tument,* Æ. 7.  
Æ. 2. *Vrbs antiqua potens armis atque ubere gleba* Æ. 1.  
Æ. 7. *Nobilis & fama, multos servata per annos* Æ. 2.  
Æ. 2. *Illa sibi imperium Pelagi saevumq; Tridentem* Æ. 1.  
G. 4. *Magnanimosq; duces, dominos, gentemq; togatam* Æ. 1.  
Æ. 3. *Hic incredibilis tantarum gloria rerum* G. 4.  
Æ. 2. *Mortales hebetat visus, hic alta theatri* Æ. 1.  
Æ. 11. *Tantorump impensis operum spectacula rerum* G. 4.  
*Admiranda tibi, pulchra testudine postes,* G. 2.  
Æ. 3. *Templa Dei saxo venerantur structa vetusto:*  
Æ. 4. *Multaq; preterea, lapides spirantia signa* G. 3.  
Æ. 1. *Artificumq; manus, divina palladis arte* Æ. 2.  
Æ. 3. *Cernitur & casus abies visura marinos:* G. 2.  
Æ. 4. *O felix una ante alias terraq; marique* Æ. 10.  
Æ. 4. *Felix, ò nimium felix: pro nomine tanto* Æ. 8.  
Æ. 5. *Quod superest oro, liceat dare tuta per undas*  
*Vela tibi, liceat detrudere finibus hostem* Æ. 7.  
Imp. Æ. 2. *Regnatorem Asia, genus insuperabile bello.* Æ. 4.  
Tunc Æ. 6. *Magnanimi Heroes, Teucris pulcherrima proles.* Æ. 6.  
rum.

Vini-

Æ. 8. *Vivite felices, & spes nunc discite vestras* Æ. 1.  
Æ. 9. *Vobis pilla croco, & fulgenti murice vestis,*  
Æ. 1. *Ingens argentum mensis, calataq; in auro* G. 6.  
*Fortia facta Patrum, totiusq; ordine gentis* Æ. 1.  
*Mores & studia & populi, terraq; marisque*  
Æ. 3. *Imperiumq; urbis, vastum qua prodit in aquor,* Æ. 10.  
G. 4. *Gurgite cum medio surgens caput altius effert;* G. 3.  
Æ. 9. *Neptuni fabricata manu, de marmore tota:* Ec. 7.  
Æ. 3. *Insula Ionio in magno, Mionia Regna:* Æ. 6.  
G. 3. *Castella in manibus vestris, tot millia gentes,* Æ. 9.  
Æ. 10. *Experti bello iuvenes; stant litore puppes* Æ. 6.  
Æ. 7. *Arata, & longa fulcant vada salsa carina:* Æ. 5.  
Æ. 7. *Omnem equidem sceptris terrã qua libera vestris:* Æ. 1.  
Æ. 12. *Et quas ADRIACAS retro fugit Ausfidus undas,* Æ. 11.  
Æ. 6. *Nomen & arma locum seruent supera alta tenetes* Æ. 6.  
Æ. 3. *Vivite felices, ò terq; quaterq; beati* Æ. 1.  
Æ. 1. *Durate, & vosmet rebus servate secundis.*

## AD LECTOREM

IN LIBRO SVO DE FABRICA ET VSV  
INSTRUMENTORVM AD HOROLOGIO-  
RVM DESCRIPTIONEM.

## Cento XXX.

Æ. 6. **Q**UANTVM ignes animaq; valët operũq; labores, Æ. 1.  
Æ. 8. *Inventas aut qui vitam excoluere per artes*  
Æ. 11. *Experiare, licet leuium spectacula rerum,* G. 4.

Mus-

- Æ.7. Munera nec spernas, superat pars altera cura, G.3.  
 Æ.7. Maius opus moueo, mecum modo vita super sit: G.3.  
 Æ.1. Quicquid idest: calum & terras qui numine torquet Æ.4.  
 Æ.7. Ipse repertorem & rerum dedit esse magistrum, Æ.9.  
 Æ.8. Mollibus è stratis opera ad fabrilia, quando Æ.6.  
 Æ.11. Puniceis inuicta rotis Aurora vocabat. G.4.  
 Æ.3. Ergo age & hæc latus Vulcani dona parentis Æ.8.  
 Æ.2. Accipe nunc, manuum tibi quæ monumenta mearum Æ.3.  
 Ec.4. Jam legere, & qua sit poteris cognoscere ab illis Æ.3.  
 G.1. Hora, nec insidijs noctis capiere futura, Æ.1.  
 Æ.6. Tempora dinumerans tacito labentia calo, Æ.3.  
 G.4. Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox collegit hora G.3.  
 G.1. Sol tibi signa dabit, solem quis dicere falsum  
 Audcat? illa etiam melius caliq. meatus Æ.6.  
 Describent radio, & surgentia sidera ab oris Æ.1.  
 Æ.1. Arcturum pluiasq. Hyadas geminosq. Triones Æ.1.  
 Æ.6. Lucentemq. globum Luna Solisq. labores, Æ.1.  
 Æ.6. Noctes atque dies, hinc cali tempore certo G.4.  
 G.1. Nec frustra signorum obitus speculamur & ortus;  
 G.3. Nec minus usus erit, si quando nocte cometa Æ.10.  
 Sanguinei lugubre rubent seruare recursus: Æ.10.  
 Æ.7. Vt cum dispersi iactamur gurgite vasto, Æ.3.  
 Æ.7. Siue errore vie seu tempestatibus acti, Æ.5.  
 Æ.6. Ostendent reperire viam, atque euoluere posse Æ.5.  
 Æ.10. In patriam reditus, terræq. aduertere proras: Æ.7.  
 Æ.9. Te vero, ne vana putes hæc fingere somnum, Æ.8.  
 Quo

- Æ.1. Quo facere id possis paucis aduerte docebo Æ.4.  
 Æ.10. Ordine cuncta suo: iuuat indulgere labori. Æ.2.  
 G.2. Quod superest, casus factum quicumq. sequetur, Æ.9.  
 Æ.8. Quicquid in arte mea possum promittere cura Æ.9.  
 Æ.9. Spondeo: Tu presens nostro succurre labori Æ.9.  
 Ec.10. Interea: ne noster bonos infracta ve cedat Æ.7.  
 Fama loco: meriti tanti non inmemor umquam. Æ.9.

## AD. IVLIVM ROSCIVM HORTINVM.

## Cento XXXI.

- Ec.10. **T**U procul à patria redimitus tempora lauro G.3.  
 Ec.1. Formosa resonare docēs Amaryllida honores Ec.4. Romā.  
 Æ.6. Magnanimū Heroum Tiberini ad fluminis vnda,  
 Æ.7. Talem inter sylvas Musam meditaris auena: Ec.1.  
 Æ.2. Qualem Treicius longa cum veste sacerdos Æ.6.  
 G.4. Rupe sub aëria deserti ad Strymonis vndam  
 Æ.6. Obloquitur numeris septem discrimina vocum:  
 Ec.4. Tu decus omne tuis postquam tibi venit Apollo. Ec.10  
 G.1. Nescio qua præter solitum dulcedine laudes Ec.6.  
 Æ.4. Enumerare vales, nostrumq. in nomen ituras: Æ.6.  
 Ec.5. Quæ tibi quæ tali reddam pro carmine dona?  
 Ec.5. An quicquam tali nobis sit munere maius?  
 Æ.4. Scilicet haud equidem tali me dignor honore: Æ.1.  
 Ec.1. Namq. (fatebor enim) videor nec dicere Cinna Ec.8.  
 Digna: sed argutos interstrepere anser olores.  
 Æ.11. At nunc cedo equidem, non omnia possumus omnes: Ec.8.  
 Nunc

- Circa  
finem  
anni  
15. 9.  
Romae  
affidui  
Iores.
- Ec. 9. *Nunc oblita mihi tot carmina, vox quoque Iuli* Æ. 1.  
 Ec. 9. *Iam fugit ipsa LVPI, CAPVT horū et causa malorū* Æ. 2.  
 Æ. 3. *Arboribus satisq̄ lues & lethifer annus,*  
 G. 1. *Collecta ex alto nubes, pecoriq̄ sinister* G. 1.  
 Ec. 4. *Ipsē dies variusq̄ labor mutabilis æui.* Æ. 3.  
 Æ. 9. *Tu tamen interea, Romana per oppida carmen* G. 2.  
 Æ. 6. *Ipsē canas oro, tua sit tibi Manala cura,* G. 1.  
 Ec. 5. *Montibus in nostris duros perferre labores* Æ. 6.  
 Æ. 3. *Ne dubita, sunt hic etiam sua premia laudi.* Æ. 1.  
 Æ. 9. *Hæc tibi polliceor, stuvios dum piscis amabit,* Ec. 5.  
*Duq̄ thymo pascentur apes, dum ROSCIDA mella* Ec. 4.  
 Æ. 7. *Stipant, & dulci distendunt nectare cellas,*  
 Æ. 12. *Multa virum volitans viuisq̄ per ora feretur*  
 Æ. 7. *Semper honos, nomenq̄ tuum, laudesq. decusque.* Æ. 2.

AD BEATISSIMAM MARIAM VIRGINEM  
IN MONTIBVS.

Cento XXXII.

- G. 2. *SALVE magna Parens & pulchro pectore virgo* Æ. 3.  
 Æ. 9. *Insignis facie, qualis cum cerula nubes* Æ. 9.  
*Solis inardescit radijs longeq. refulget,*  
 Æ. 3. *Sola ex virginibus socijs sacraq. caterua* Æ. 11.  
 Æ. 7. *Mollius & solito matrum de more creatrix:* Æ. 9.  
 Æ. 10. *Sidream picto clamidem circumdata limbo*  
 Æ. 2. *Calicolis & quanta soles comitata ministris,* Æ. 2.  
 Æ. 4. *Regina ad templum centum sublime columnis* Æ. 7.

Antea

- G. 1. *Annua sacra refer, mox aere lapsa quieto.* Æ. 5.  
 Ec. 5. *MONTIBVS in nostris huc te poscentibus offer.* Æ. 7.  
 Æ. 9. *Multa Virum solido argento miracula rerum* G. 4.  
 G. 1. *Scilicet, & spolia illa tuis pendentia tectis,* Æ. 5.  
 Æ. 6. *Romanosq̄ tuos, finesq̄ inuise Latinos:* Æ. 11.  
 Æ. 2. *Hanc primam tutare domum marentis Iuli* Æ. 12.  
 Ec. 1. *O REGINA graui iamdudum saucia cura* Æ. 4.  
 Æ. 5. *Mens agitat mihi, nec placida contenta quiete est,*  
 Æ. 9. *Si qua tuis umquam pro me pater ante sacerdos* G. 3.  
 Æ. 6. *Sacra ferens meritos aris mactauit honores;* G. 3.  
 Æ. 5. *Meliceat tristes animo deponere curas* G. 4.  
 Ec. 4. *Te duce, st̄ q̄nta maner nostri medicina furoris;* Ec. 10.  
 Æ. 4. *Tu lacrymis euicta meis; praq̄ omnibus unum* Æ. 3.  
 Æ. 6. *Unum oro, celeres defer mea dicta per auras* Æ. 4.  
 Ec. 2. *Nunc ad conspectum cari Genitoris & ora,* Æ. 6.  
 Æ. 4. *Extremam hanc oro veniam, tendoq̄ supinas* Æ. 3.  
*Ad calum cum voce manus, mihi cura mederi* Ec. 10.  
 G. 3. *Morborum causas, & crimina noxia cordi* Æ. 7.  
 G. 3. *Sitq̄ laboranti, tales nec tangere curas* Æ. 4.  
 Æ. 12. *Amplius; hunc oro mecum partire laborem:* Æ. 11.  
 Ec. 5. *Carmina descripsi modulans satis una superque,* Æ. 2.  
 G. 2. *Septem qua MONTES ipsa iam carmina rupes* Ec. 5.  
*Ipsa sonant arbusta, Deus, Deus, exue mentem,* Æ. 4.  
 Æ. 4. *(Hæc precor) hanc tales iactantem pectore curas:* Æ. 1.  
 Æ. 2. *Hinc mihi prima mali labes, hinc mobilis humor* G. 1.  
 G. 3. *Labitur atque artus depascitur arida febris,* G. 3.

Ccc Ate

- Ec.8. *A te principium, tibi desinet; omnia quando* Æ.11.  
*In peius ruere ac retro sublapsa referri* Æ.11.
- Ec.1. *Carmina nulla canam, caput horū et causa malorū:* Æ.27.
- Ec.2. *Hec heu quid volui misero? peccare fuisse* Æ.11.  
*Ante satis, meritumq. malis auertite numen* Æ.4.
- Æ.1. *Tuq. puerq. tuus: cali cui sidera parent,* Æ.10.  
 Æ.3. *Inferniq. etiam fauces alta ostia Ditis:* G.4.
- Æ.1. *Nate Patris summi finemq. impone labori,* Æ.2.  
 Æ.1. *Ad te confugio supplex, da Nate petenti* Æ.9.  
*Quod tua cara parens domito te poscit Olympo,*  
 Æ.4. *Et nostras audite preces, si munera templis* Æ.4.  
 Æ.9. *Suspendive tholo aut sacra ad fastigia fixi:*  
 Æ.2. *Respice nos hoc tantum, atq. hac sine posse Parentē* Æ.9.
- Ec.2. *Pene simul tecum flecti sperare precando:* Æ.6.  
 Æ.2. *Venit summa dies, & plurima mortis imago,* Æ.2.  
 Æ.6. *Par leuibus ventis volucriq. simillima somno*  
 Ec.9. *Omnia fert atas, angusti terminus aui:* G.4.  
 Ec.10. *Hac sat erit Diua vestrum cecinisse poetam:*  
 Æ.1. *Interea ad templum, perfectis ordine votis,* Æ.3.  
 Æ.6. *Hic ubi nos praecepta iubent deponere dona*
- Eccl- Æ.5. *Hac celebrata ienus sancto à quo SERGIA nomen* Æ.5.  
 fia S.  
 Sergij Æ.7. *Accipit, & numero Diuorum altaribus auget,*  
 & Bac  
 chi. Æ.11. *Nec non rite suum BACCHO dicemus honorem,* G.1.  
 Æ.7. *Tali intus templo Diuum sacrauimus aras*  
 Æ.11. *Alma tibi; sacra hac, quando huc venistis amici* Æ.3.  
 Æ.3. *(Nec longo distant cursu) celebrate fauentes;* Æ.3.

Hinc

- Æ.8. *Hinc ad Tarpeiam sedem progressus, et ARAM.* Æ.12.  
*Suppliciter venerans hanc tanti numinis ARAM,* Æ.8. Tem-  
 pli B.  
 G.1. *Iam pridem nobis CAELI venerabile donum.* Æ.6. Martir  
 in Ara  
 Ec.2. *Huc ultro ad cineres ipsius, & ossa parentis* Æ.5. celi  
 G.3. *Dona ferā, iam nūc monumentū & pignus amoris.* Æ.5. Arcis  
 G.2. *Salue magna PARENS; iterum saluete recepti* Æ.5. Capi-  
 toling.  
 Æ.2. *Nostrorum cineres, animaq. umbraq. paterna.* Æ.5.  
 Æ.6. *Sedibus optatis quā molliter ossa quiescant.* Ec.10

F I N I S .

IVLII ROSCII HORTINI

B. VIRGINI IN MONTIBVS

S A C R V M .

**H**AEC tibi vota fero, sacrasq. aduoluo ad aras  
 Magna Parēs, casto qua premis astra pede:  
 Vix ego: languenti tandem ab succurre precatus,  
 Cum misero optatam fers pia Mater opem.  
 Nec mora: mutato decessit corpore morbus,  
 Et redijt membris qui fuit ante vigor.  
 Hac tibi iure igitur Virgo mitissima, voti  
 Nunc reus, accepta, dona, salute dico.

Ccc 2 IV.

IULII ROSCII HORTINI.

AD CAMILLVM CAPILVPVM  
DVM DIALECTICIS OPERAM DARET.

**A**D *Sophia limen Stoici quotela Chryssippi  
Luduntur, veri panditur vnde via  
Te Capilupe videns rerum sollertia causis  
Intentum, iussit currere laudis iter.  
I sequere ingenio prestans, quem docta Minerua  
Nutriit. I, forti spicula tende manu.  
His te Victorem pleno spectante theatro  
Inter certantes Mantua iunget Avis.*

AD PROSPERVM CAPILVPVM  
MAIORVM SVORVM EXEMPLE  
POETICES STUDIO SVM.

**V**T *te Castalio cupidum succedere cliuo  
Aspexit duram Delius ire viam  
Extulit os, placidaq. nitens in fronte reluxit.  
Fussit & hos Musas edere voce sonos.  
Aude animo Capilupe: riget via tramite longo  
Inuia; sed summo vertice lata quies.  
Vix hac cum sacra frondes venere per auras,  
Et cinxere tuas laurea sertis comas.*

CAMIL-

CAMILLO AC PROSPERO

CAPILVPIS CLARISS

ADOLESCENTIBVS

IVLIVS ROSCIVS HORTINVS S. P. D



VM inter nos de Proba Falconia Hortina, quam in manibus habebamus, sermo esset ortus, Camille Capilupe, optare visus es, vt de eo toto genere carminis, quo illa, vsa esset, magistra, & inuentrix, vt creditur prima Centonis in rerum diuinarum cantu, perscriberem ad te vberius. In quo fecisti tu quidem amanter potius quam prudenter, cui domi hæc nascuntur. Ego verò, quando id pro modestia tua singulari à me tuo iure exposcis, persoluere potius statui, quam studiose petenti denegare. Eiusmodi enim res est, vt de ea ars non dum extet, præter quædam ab Aufonio relicta præcepta in ea epistola ad Paulinum, quam ad Centonem nuptialem adscripsisti. Ea igitur imprimis nosse te oportet, quæ ab eo traduntur, ac semina sunt huius totius rapsodiæ. Vtar verbis, quibus ille vsus est, quibusq. te maxime compellare debui adolescens studiosissime. Si pateris vt doceam docendus ipse, Cento quid sit absoluam. Varijs de locis, sensibusq. diuersis quædam carminis structura solidatur in vnum versum vt coeant aut cæsi duo, aut vnus, & sequens cum medio. Nam duos iunctim locare inoptum est, & tres vna serie, meræ nugæ. Diffunditur autem per cæsuras omnes, quas recipit versus heroicus, conuenire vt possit aut pentimeneris cum reliquo anapesto, aut trochaice cum posteriore segmento, aut semipedes cum anapestico chorico, aut post dactylum, aut semipedem, quidquid restat hexametro. Simile vt dicas ludicro, quod Græci ostomachion vocauerunt. Et post pauca, cum eius ludi speciem edidisset, subdit. Hoc ergo Centonis opusculum, vt ille ludus tractatur: pari modo sensus diuersi vt congruant, adoptiua quæ sunt vt cognata videantur, aliena ne interlucant, arcessita ne vim redarguant, densa ne supra modum protuberent, hiulca ne pateant. Quæ si omnia ita tibi videbuntur, vt præceptum est, dices me composuisse Centonem. Hæc ille, vt breuius, sic obscurius fortasse quam res tanta pateretur. Quæ omnia si exemplis illustrentur, non dubito, quin tibi ad auitam maiorum tuorum gloriam, ad quam vt video adspiras, aditum factura sint. Sequar ego in præcipiendo eum ipsam ordinem rerum, quem tenuit auctor. Exemplum cæsura, quæ à Græcis trithemimeres vocatur ex Aufonio ipso sumitur.

Ccc 3 mitur.

mitur. Tuque prior: hæc ex vi Aen -- Nam te maioribus ire per altum ex III Aen. Pentemimeres erit. Ambo florentes Ecloga VII -- genus insuperabile bello ex IV Aen. Epthemimeres vero. Auspicijs manifesta fides ex III Aen -- quo iustior alter ex primo. exemplum quartæ cæsura à Græcis Enneamimeres ex Iulio Capilupo Cent. XVII. Quod fieri ferro, liquidove potest ex VIII Aen -- oricalco ex XII. Pentemimeres cum reliquo anapestico ex ipso Aufonio. Dona laboratæ Cereris VI Aen -- pinguisque farina ex primo Aen. Item Pentemimeres cum reliquo trochaico ac posteriore segmento ex eodem Aufonio. Flos veterum, virtusq. Virum VI Aen -- mea maxima cura I Aeneidos. Aliud exemplum pentemimeris quæ trochaica cæsura dicitur ex Lælio Capilupo auctore tuo libenter deprompsimus. Is Centone penultimo sic plane habet. Omnia iam vulgata ex XII Georgicorum -- furens quid fœmina possit ex V Aen. At vero exemplum post septem semipedes cum anapestico corico nullum inuenio. Itaque vel locus falsus est, aut Aufonius errauit, quorum neutrum, vt mihi persuadeam, facile adducor, accedente veteri lectione manuscriptorum apud me Aufonij. Quid igitur? Si anapestus coricus constat ex duabus breuibus, totidem longis, atque vltima breui, quomodo versus hexameter eum admittat? Porro post septem semipedes hi sequuntur: pyrrichius, antibachus, coricus maior siue pœon secundus, pœon tertius, messomacrus ex pyrrichio & dactylo, siue pyrrichius cum trocheo, aut anapesticus & pyrrichius. Sic est in illo Virgiliano lib. primo Aen.

*Seruitio premet, & victis dominabitur Argis.*

Quo loco -- dominabit anapestus est & pyrrichius post septē semipedes. Progrediamur Camille in hac multiplici pedum varietate, conemurque quoquo modo possumus in tanta rerum obscuritate lucem aliquam afferre. Exempla vt cepimus afferamus. Post dactylum, illud erit ex magistra Centonis, obijcit ex VI -- atque animum subita dulcedine mouit ex VI Aen. Post semipedem ex eadem: Quod, Ecloga III -- tua progenies cælo descendet ab alto; Ecloga IV: simile exemplum habet Iulius tuus Cent. II. Siste ex VI -- precor miserere; potes namque omnia, nec te. ex eodem. His adiungimus ceteras cæsuras: inter quas est tetrapodia, vel bucolica. Apud Probam: casta pudicitia seruet domus ex XII Georg -- en age segnes. IV Aen. Post spondeum ex ciue mea nobilissima. Flentes XI Aen -- & paribus curis vestigia figunt. ex VI. Post epitritum ex Iulio patricio Mantuano patruo tuo. Fortunatæ Ecloga I -- quibus cælo te laudibus æquem? ex XI Aen. Post dactylum & trocheum ex eodem Cent. I. Donat habere ex lib. XII -- tibi Diuum Pater atque hominum Rex. Aen. I. Denique possumus absoluerē versus non modo post omnes cæsuras, quas recipit hexameter; sed etiam post omnes pedes. Excurramus

mus eos si placet: non magnus est labor. Exempla post initia carminis vidimus in spondeo ac dactylo; reliqui super sunt. Habes post secundum pedem apud Iulium Capilupum Cent. IV. Per gætes erit XI Aen -- haud vlli virtute secundus. ibidem. Post tertium pedem idem in Centone recens scripto de bello Gallico, de quo, veteri commutato proverbio, dicere solemus; quid noui fert Gallia? Sic igitur habet Iulius: Pœnarum exhaustum fatis ex IX -- instaurata reuifam ex XI Aen. Post quartam sedem in Lælio Capilupo legimus. Quid memorem infandas cædes, quid ex VIII -- monstra ferarum? ex VI. Post quintam sedem. Dira per incautum serpentem contagia ex IV Georg -- pectus ex I Aeneidos. Hæc hæc tenent & quidem permolestæ de effingendo ac conflando Centone ex Aufonij præceptis. Cum vero ex obseruatione ars omnis orta sit, liceat mihi aliqua addere, quæ facilitatem afferant non mediocrem vobis Capilupis, huius artis cultoribus. Ex Proba & Aufonio licentias nonnullas colligemus, quibus si Lælium ac Iulium Capilupum adiunxero, minus mirum videbitur, cum à quibus sumamus, præter hos ambos insignes, quique sibi propriam hanc laudem esse voluerunt, habeamus neminem. Ego sane eam rationem tenebo, quam vtiliorem fore crediderunt magistri artis. Apud Aufonium eam sum admiratus licentiam, in qua ipsemet cum præceptis suis pugnat, eaque est, cum duo versus simul consequuntur hunc in modum.

*Omnes vt tecum meritis pro talibus annos*

*Exigat & pulchra faciat te prole parentem.*

Locus est primo Aeneidos ita proprius nuptialis carminis vt lapsū cum viderit auctor, vt excusamus, ita minime imitemur. Quamquam longe maior est licentia Centonū quam quisquam existimet, atque vt à verbis ordiamur.

Imprimis sciendum est mutari posse numeros, & personas in singulis temporibus, quin & ipsa tempora, sic Proba Falconia Hortina in eo versus: Muneribus cumulant, & sanctum sidus adorant; de Magis loquens, qui ex remotissimis regionibus profecti ad Christi pedes procubuerant. Eorum loco Virgilius dixerat -- cumulat -- odorat. Eadem ita scribit: omnipotens, magnisq. agitatur sub legibus æuum. At Virgilius -- agitant. Quibus in locis vides vtrumque numerum fuisse cōuersum.

II Commutari possunt inuicem tempora. Eadem eruditissima mulier -- mereor nec deprecor, inquit -- inquam ille dixerat. Falconia: Admonet immiscens; cum Latinus Homerus decantasset. Admonet, immiscetq. preces. Eadem mutatio admittitur in personis ac numeris vt in exemplis allatis est demonstratum.

III Nomina ipsa ac pronomina vltro citroque conuertī possunt. Quod pertinet ad genus, illud erit exemplo. Da dextram miseræ, scripserat Lælius in Cent. III -- misero dixit Virgilius. Quo ad casum extat alterum.

Relii-

Relligione Patrum truncis, & robore natus, ait Hortina. Virgilius vero — nata. Illa ipsa Falconia. Ne ualeat iaceat terra — terre Virgilius. Quo ad numerum vide ut cuius mea loquatur. Nomen erat virtutis, & ipsi agnoscere vultus. Virgilius habet — vultum. Generis eiusdem plurima sunt. In pronomine. Proba mea. Continuo vates; namque hic certissimus autor — Is apud Virgilium. & alibi: Ardua tecta petens ausus te credere caelo. cuius loco — se, vsus fuerat Virgilius.

IV Poeta necessitate adductus artis, quæ in nexu difficillima est, potest addere coniunctionem aliquam, vel præpositionem, cuiusmodi sunt: ad, in, ve, vel, tum & alias similes. Sic Lælius Capilupus Cent. XIII Stant salo Tyrrheno classes ad Tybridis vndam. Imo vero & que coniunctio in pronomen transmutari potest, ut fecisse legitur Lælium Cent. VI. Pascere equos merita qui expectent premia palma: pro quo Virgilius dixerat — meritæque.

V Mutatio esse potest in dictione: cuius rei nobis exemplum dedit Lælius Cent. X. Fonte sonans, caelo quibus te laudibus æquem? Quo loco verba transfert, & addit, ve. Sic enim cecinit Virgilius x. lib. Aen. Vir Troiane, quibus, caelo te, laudibus æquem?

VI Datur ea facultas, ut prætermitti possint, in aliquo versu, vnum, aut duo verba ad summum: sic Proba nostra. Relligione Patrum, truncis & robore natus. At Latini carminis nobilis magister — truncis, & duro robore nata. Lælius Cent. X. Augustus Cæsar rerum pulcherrima Roma. Pro quo Virgilius. Scilicet & rerum facta est pulcherrima Roma.

VII Mutatio fieri potest in particula vnius, atque eiusdem verbi, quæ nonnullis minus probatur; eam tamen admisisse Probam certo scimus. Hic tibi semper erunt, tuq. ò seuissima coniux. Id semel concedi potuit magistra: in qua corrigenda nonnulla ad meliorem sensum traducere, & alitunde permutare coactus sum. Virgilius vero, à quo illa decerpserat, habet — sanctissima coniux. Præterea mutare licet particulam, & in tu. Vnde illud Lælij Cent. VI. Tu decus omne tuis, tu seruantissimus æqui. Imo vero quæcumq. litera si ex verbis aut nominibus quibuscumq. congrue dematur, nulli scelus est, præsertim, ut in sententiam nostrâ autorem aliquem traducamus, sic Lælius. Tu ne tot in cassum susos patiere labores? Virgilius vero: Turne tot in cassum susos patiere labores?

VIII Dictionum conuersione uti possumus in formandis nominibus proprijs, & cognominibus, ordinibus, familijs, insignibus, ac solo patrio. Sunt huius generis exempla varia apud Lælium; de quo illud Lucretij dicere soleo.

*Floriferis ut apes in saltibus omnia libant,*

*Omnia nos itidem decerpimus aurea dicta.*

III Cent. VII Multa manu Medica; claris. Mediceam familiam: & alibi Po-

bi Populeas inter frondes Portam Flaminiam, quam vulgus de Populo nuncupat, significabat. Cent. XI I Magno tellus percussa Tridenti: Tridentinam ciuitatem, & — Lunatis agmina peltis: insignia Orientis Tyranni indicabat. Iulius vero ita patru sui vestigijs inheret, ut eum ætate nostra in huius poematis venustate facile Principem celebremus. Quem non minus in disciplinis Mathematicis admiramur veluti Archimedem manu sua architectari machinulas illas caelestes, aliaq. ad solis vmbra dignoscendas instrumenta, quæ nec quidem veteres cognitione attingerunt sed quam ille egregie exorditur in Cent. ad Siftum V. Pont. Maximum? Siste precor miserere; potes, sic in Cent. II. At de Florentia Etruriæ vrbe nobiliss. Diues opum, & varijs Florentia limina fertis. Illud vero in Centone dedicatorio Sereniss. Mantuæ Duci literarum patrono plane egregium. Omnia VINCENTI sonuerunt omnia plausu. Sumperat autem ex illis duobus versibus,

*Omnia vincit amor & nos cedamus amori — & ex illo*

*Ales & ingenti sonuerunt omnia plausu.*

Sunt alia plena suauitatis quæ nec quidem imitari adhuc aliquis est ausus, non modo superare.

Illud vero vitij inest in hoc scribendi genere, quod non secus ac nauis scopulum vitare debemus; cum vnum atque idem carmen ex triplici regione confluamus. Quod si in Lælio aliqua in parte obseruaueris emendationi difficillimæ potius quàm auctori tribues. Coactus est enim Iulius, dum Capiluporum familiæ, vel dispersa, vel perita monumenta suo splendori restituit, permutare non pauca. Id vero ne apud Aufonium esset, pro — illic — illis maluimus legere ex meo manuscripto hunc in modum.

*Non absunt illis neque ones, hediq. petulci.*

Simile erat apud Probam meam in eo versu,

*Hoc virtutis opus diuinæ mentis & artis,*

In quo prima ex decimo Aen. media ex IV Georg. vltima verba ex secundo item Georgicorum lib. delibata sunt. Itaq. melius pro artis. haustus reposuimus. Erant huius generis tam multa, dum eam emendaremus, ut pene de sanitate desperandum videretur.

Factum est partim mea, quæ est consecuta longissima ægritudine, partim omnibus deprauatis exemplaribus, ut minus mihi satisfecit. Spes est maxima, ut aliquando expolita, & commentarijs illustrata in scenam prodeat Poetria Christiana, dum plurimi in vanitate fabularum occupati, profanos poetas restituere omni studio conantur. Quamquam quo me rapuit patriæ amor? Tecum ego epistola terminos, ac formam transgressus, sinem faciam mi Prosper, quem prospero, ac felici cursu Iulium patruum sequi vehementer gaudeo. Perge generose adolescens tam illustri exemplo in isto flore ætatis. Magnam tui expectationem concitasti.

Eam

Eam te superaturum non dubitant quotquot conatus tuos egregios ad laudata artium studia norunt. Vix annum agens xv supra aetatem ad nos versus mittis, quos legens Roma admiratur. Habes vero in hoc propria, quae te incitare debent domestica exempla Laelii & Hyppoliti, ut minus egeas externis. Fuit ille in Centonibus compingendis artifex egregius, hic in Tibulli imitatione singularis. Exigua utriusque habemus. At quam multa Hyppolitus moriens reliquit ad hanc poetices facultatem utilia, quae ut ante illum nemo fuerat aggressus, ita post, pauci secuti sunt? Collegit Indicem locupletissimum verborum omnium ex Lucretio Carone; nec non observationes illustrium poetarum. Atque ut etiam in soluta oratione eum fuisse instructissimum posterum non ignorarent, pulcherrimam quasi suppellectilem militarium sententiarum ex C. Iulii Caesaris Commentariis in locos communes partitus est. Quae ego omnia euoluens, inuidebam tibi, suavissime Prosper, cui tot opes asseruarentur, quibus nec Cræsi quidem thesauros confero. Harum tibi cupiditatem excitorum dum Bononiae humanioribus literis vacas, ut ex ijs ipsis arcibus, quas sua ipse manu Hyppolitus obsignauerat, aliquando operatissima luci restituas. His accedat Camillus auus tuus, cuius in utroque idiomate opera in manibus virorum doctissimorum versantur. Is acerrimi iudicij fuisse dicitur, atque inter cetera de Pholoe lusum aliquot reliquit, quales ego quoque adolescens conatus sum. At ille suis simillimus, quasi ex vno fonte hauriens poetices facultatem, nihil non habet plenum leporis. Tibi igitur, in ista contentione studiorum, hi tres veterani duces erunt imitandi. Nec minus, his eorundem fratrem Alphonsum adolescentulum addes, qui inter Musarum choros enutritus, pene puer altius euolans, meliorem immortalitatis palmam praeripuit. Cum vero decursis bonarum disciplinarum spacijs Romam veneris in Campo Martio maiorum tuorum delicijs exceptus, praeter monumenta, ac fumosas imagines, quas intuebere, vnum tibi ad imitandum propono viuum familiae exemplum Camillum Prothonotarium Apost. patrum; qui in varijs, iisdemque grauissimis Roman. Urbis negocijs occupatus; numquam intermittit aliquid scribere. Quo tempore erit tibi fortasse ca, quam ille nostro idiomate, in quo plane excellit, mira varietate, ac contento cursu persequitur historia, carmine exprimens. Vides Prosper ad quae te vocem certamina. Tu te excita, & ut facis dede te Musis excolendum. Vale.

Roma, Kal. Decembris MDCCXCV

## Errata Emendata.

pag. vers.		
3	7	niuem, niueum.
31	20	accumulat, cumulat
62	15	mulleribus, muliebribus
64	10	puero, puro
71	24	Parce, Parca
74	9	aethera, aequora
76	6	nescere, noscere
87	2	mellæ, mella
88	1	oboleuerit, aboleuerit
91	7	superum, superum
95	13	Hispania, Hispanæ
	& 14	affidua, affiduo
97	21	valet, voler
102	22	perennas, perennes
103	25	lenter, leniter
104	12	similum, simul
107	7	capit, carpit
112	10	complexibus, complexibus
114	1	contulit, contudit
115	2	Iuuans, iuuant
123	15	vix, via
	& 18	nitore, nitere
124	18	claudia, Claudia
	& 24	enitido, e nitido
125	10	micate, micante
126	10	spicula, spicula
128	18	vbis, vestris
134	15	Iuuenta, iuuenta
136	16	riui, riuus
137	6	fecem, facem
137	13	fragat, fragrat
146	3	fatigasq. fatigas
157	1	es sanguine in quo, es sanguine coniunctus in quo
	& 4	manus numus
119	9	Carorolo, Carolo
166	18	abortis, obortis
175	11	plandunt, plaudunt
179	13	autis, aruis
179	17	ad voces, voces ad
185	23	corylas, corylos
190	5	cythare, cytharæ
192	2	vudam, vndam
196	23	ecamenicam, ecumenicam
197	19	sudabant, sudabunt

## Errata Emendata.

pag. vers.		
207	19	miserandæ, miserande
216	21	sub tegmine, sub tegmine
222	4	numeros, nummos
223	17	Retulit, Retulit
225	5	meruētēs, meruētēs
	& 20	Pasiphæ, Pasiphæ
228	20	angusto, angusto
231	18	rotiusq. ex ordine, totiusq. ordine
237	13	audaci, audacis
	& 19	Lenæx, Lenæx
	& 22	nusq. nusquam
240	14	impēdūt, impēdūt
241		huicūm, Iuueum
242	25	Molibus, Mollibus
243	9	Saræ, sacre
244	9	seruor, seruor
245	2	ita, ite
246	24	adegat, adigat
248	1	concia, conscia
249	4	pinitus, penitus
	& 19	oslum, solum
250	8	Peridā, Pieridum
260	12	merto, merito
262	7	ifidens, insidens
263	10	pectore, pectora
266	1	Pompeum, Pompeium
	& 6	Pompee, Pompeie
268	5	Eridunū, Eridanum
	& 12	quam, quā
	& 20	quam, quā
269	3	tristia, tristia
	& 14	omnie, omne
272	20	Allicites, Allicitis
273	19	decussit, decussit
	& 20	Vulstic, Vulstic
274	18	carites, Charites
275	1	pini, pinus
275	25	conderat, conderet
276	6	suspēria, suspēria
		morar, moriar
	& 11	recurere, recurrere
277	12	possum, passim
	& 10	latere, lateri
279	3	caloris, calores
280	19	specio, spero
280	21	displicet, displiceat

## Errata Emendata.

pag. vers.		
281	5	dengat, denegat
284	9	pulcra, pulchra
284	15	oculis, oculis
285	16	clauor, clarior
290	3	posuisti, posuisti
292	1	Argentī, Argentō
	& 23	raptauit, septauit
294	29	labētem, labantem
296	8	conrigat, contingat
301	23	Eduam, Eduam
305	20	castalioni, castaliohem
307	20	sum, lume
314	20	memore, memorem
317	19	Delicia, Delicia
319	17	capos, campos
320	14	meriti, meriti
327	1	facere, fecere
	& 20	iactem, iactantem
328	19	nisi, nisi
330		Ades, Ades
	& 5	noctes opacæ, montes opaci
335	13	parti, parti
339		Agriculturæ, Agriculturæ
340	6	Ipse ego veterum, Ipse ego tum veterum
	& 16	homo, humo
343	10	Eæ, Et
344	22	Tantari, Tantorum
346	8	vndam, vnda
346	9	lumina, lumine
361	9	fortij, socij
366	8	lugoe, lugo
368	12	defessa, defossa
369	9	gregis, geris
374	5	exacrantur, exacrantur
371	17	extunderat, extunderat
377	1	causas veteri, causas veteri
381	9	Mionia, Minoia
382	23	Vie, Vie
383	14	discriminæ, discrimina
384	11	Duq. Dumq.

R E G E S T V M

† ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ.  
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn  
Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vu. Aaa Bbb Ccc.

Omnes sunt Duerni, Solum † & Ccc, Terni sunt.



R O M A E,  
*Ex Typographia Heredum Io. Lilioti.*  
C I D I D X C.

---

P E R M I S S V S V P E R I O R V M.